



**Laurentii Vallae Romani Dialecticarum disputationum libri tres
eruditissimi, diversorum codicum collatio(n)e diligenter
restituti : adpositis passim graecis dictionibus, quae in alijs
desiderabantur, vel mutilae mendosaeq(ue) Tiresia coniectore
indigebant.**

<https://hdl.handle.net/1874/400363>

LAV.
RENTII VALLAE RO-
mani dialecticarum disputatio-
num libri tres eruditissimi: di-
uersorum codicum collatiōe
diligenter restituti. Adposi-
tis passim græcis dictio-
bus, quæ in alijs deside-
rabantur, uel mutilæ
mendosæq; Tire-
fia coniectore
indigebant.

CVDEBAT COLONIAE.
Ioan. Gymnicus. AN.
M. D. XXX.

INVIDIA

FOR. TVNA

SUSPITIO

VATES

RENTI VATES NO
vates, vates, vates, vates,
vates, vates, vates, vates,

CADUTA CORTONE

in cui Giacomo de' Medici

XXXV

ANNA KARINA

LAVRENTII VALLAE RO-
mani in libros suos dialecticos
P R A E F A T I O.

Pythagoras ille Samius, à quo & præstantissimis moribus, & optimis discipulis instituta est, ea Italiam ora, quæ magna olim græcia dicebat: interrogatus quenam se esse profiteretur: nō sapientem se ut superiores fecerant, sed sapientiae respondit esse amatorem. Neq; id quia existimat cum his se non posse comparari, qui sapientes dicti essent (probe eñ se nouit ipsa uirtus: & cæteros omnes qui sapientiae studuisse, ingenij gloria Pythagoras sine cōtrouersia anteibat) sed quia neq; illos, neq; se, neq; hominum quempiam censem, ad sapientiam nō magis, quam ad felicitatem beatitudinē' ue posse peruenire: Philosophus (inquit) sum. Magnam mirāq; modestiæ laudem ex unius uerbi temperantia, plusquam nominis atq; gloriæ assuecutus est: quam ex omni uita admirabilibusq; inuentis." Quippe à quo philosophorū natio in plurimas licet diuisa familias, uno tamē uocabulo nominat. Nec uero quod ab eo nomen accepissent, ideo deterriti sunt: quo minus à suo uel gentilitatis auctore, quibusdam in locis disserirent: & sane non quia Pythagoras philosophum se uocasset: sed quia recte uocasset, se & ipsiphilos uocauerunt. Itaq; & nemo post Pythagoram apellatus est sophos & libertas' sempophilosophis fuit fortiter dicendi quæ sentirent: nec solū cōtra principes aliarum sectarum, sed etiā contra principem suæ: quāto magis his qui nulli sectæ se

Philoso-
phi nome

Pythago-
ras,

4 LAVRENTII VALLAE

Aristoteli
cur non u-
biq; assen-
tiendum.

1

Philoso-
phorū se-
tē.

Stoici.

addixerunt? Quo minus ferendi sunt recentes peripatetici, qui nullius sectæ hominum, interdicunt libertate ab Aristotele dissentendi: quasi sophos hic non philosophus, & quasi nemo hoc antea fecerit. Ignari peripatetica hæresi inuenta, non modo priores uiguisse, ut Pythagoræam Democritiæq; sed alias quoq; subortas fuisse, ut Stoicā Epicureamq; de quibus tanquam florentibus in domicilio philosophiæ Atienis, meminit Lucas in actis apostolorum: nec ante Peripateticam nominatos fuisse Platonicos & q ab eodem fonte manant Academicos. Quid alios loquar: nonne Theophrastus Aristotelis successor à præceptore suo dissentire nō timide solet? Hæc de græcis (ut taceā qd Homerum, Platonē, Demosthenem magis quam Aristotelē semper sunt admirati) Quid latini: nunq; Aristotelē sophon putauerunt? imo nec summū philosophum. An Varro Aristotelicus fuit: minime: sed iter suum tenuit, si Laetantio credimus, dubius Platonī & Aristotelī par. Cicero Academicus ac Platonis æmulus, qui semper primas in philosophia partes Platonī tribuit: ut fere omnes fecerunt. Plancus partim stoicus ptim Epicureus. Brutus ac Seneca stoici: quam sectam Hieronymus sūmillimam censet christianæ religioni: cuius præceptra tradentes Panætium atq; Ciceronem, Ambrosius æmulatus est: quasi & ipse stoicaret. Augustinus in publica opiniōe est, Platonem philosophorum esse principem. Apuleius platonicum se & esse & dici uoluit. Nam & Macrobius multo plus defert Platonī. Nec aliter sentit eruditiorū ultimus Boetius: magis (ut mihi uidetur) Platōnicus quam Aristote

IN DIALECTI. PRAEFATIO. 5

Aristotelicus (quos autores parū inter se distare docturū se quodā loco promisit) Porphyriū (ut arbitror) sequutus, qui unam uult eandemq; esse Platonis & Aristotelis hærefim. At cæteri latini, cætros philosophos pro asophis habent: unū Aristotalem amplectentes. Quid nī: cum cum solum cognitum habeant: si modo cognoscere est, nō propria, sed in aliena lingua lecititare: ne dicam non sincera. Non solū quia pleriq; eius libri corrupte trāslati sunt: sed etiā quia multa belle dicūtur græce, quæ non belle dicuntur latine. Quæ res in plurimos maximosq; errores egregia quoque ingenia induxit. Adde huc ignorationem nostræ. Quotus enim quisq; post Boetium fuit, qui latinus dici mereatur & non Barbarus. Nam Auicenna & Auerrois plane barbari fuerunt: nostræ linguæ prorsus ignari, & græca uix tincti. Quorum etiam si magni uiri fuerint: ubi de ui uerborū agitur, quæ plurimæ sunt in philosophia quæstiones: quantula debet esse autoritas: certe non maior, quam hominū in mediterraneis natorum: qui nūquam nec mare uidetint, nec nauigium intrauerint, differentium de ratione nauigandi. Hos ego homines uerear: hos ego audiam: uetantes, ne quid in Aristotelem dicam. Hos sibi tantum sumere patiar: quod non ipsis Athenis, quod non omnibus philosophis, qd' non cunctis sæculis concederetur. Nec uero mihi uidetur tati ingenij Aristoteles, ut quasi Achilles, Hercules ue inter Heroes, aut luna inter sidera: ne dum sol sit æstimandus. Non enim his rebus operam dedit, unde præstantes uiri maxime dignoscuntur: aut consilijs publicis: aut administrandis pro-

Arabes se
phi.

LAVRENTII VALLAE

vincijs: aut exercitui ductando: aut causis agendis: aut medicinæ factitandæ: aut iuri dicundo: aut responsis consultorum: aut scribundis historijs: aut poematibus componendis. Quæ & magnopere occupant homines, & patefaciunt. In quorum plurimis quidam elaborauerunt: non denique alienæ linguae discendæ, ac ne suæ quidem ita multum: Quippe cum lingua græca, tū esset una pene atque eadē, vulgi & literatorum. Quas dnas linguas, latinam atque græcam nobis difficilius est, quam aliquod liberalium artium perdiscere. Cuius rei documento sunt illi, quos dixi, qui quum per illas artes ueluti per stagna quædam facile uauigēt: tum in lingua quidem græca, quasi in freto assidue æstu ipso retrahantur. In latina uero, tanquam in lato mari longius à terra recedere non audeant. At enim cōposuit plura quam cæteri Aristoteles. Num protinus & præstantiora? ego nescio an præstantius sit, quod Hippocrates, quid Euclides, quod alij quidam fecere, firma atque indubitata alicuius artis tradidisse principia. Composuit plura quam cæteri: sed & plura compilavit. In quo improbitatem eius licet cognoscas, quod quæ compilat, non illis refert accepta à quibus sumpsit: sed sibi uendicat: & eodem ubique peccasse opinatur, citius ardētem flammam ore continere posset, quam non nomina re. Composuit plura quam cæteri: esto, num cuncta quam cæteri melius? num ita ut nihil alij queant dicere: num ut pro deo habendus sit? Pudet referre apud quosdam esse morem initiandi discipulos, & iureiurando adigendi, nunquam se Aristoteli repugnaturos: genus hominū superstitionis atque

Vulg, Græ
corū græcē
loquebat.

4.
Sophistæ
nostræ
cēpistatis.

7 IN DIALEC. PRÆFATIO.

arg; uecors, & de seipso male meritum: cum se facultate fraudent indagandæ ueritatis: quos si reprehendere iure optimo possumus, quod hanc sibi legem imposuerunt: qua tandem insectatione castigare debemus, si hanc legem in alios transferunt: ¶ Quare illis contemptis ac spretis si qua sunt quæ quam in Aristotele melius dici possent,

ea tentabo ipse melius pro mea uirili dice-

re: non hominis (quod absit) insimulā

di gratia, sed honorandæ uerita

tis: idq; potissimum in dia

lectica: repetitis ne-

cessario altius

huius rei

pri

mordijs

quæ liber pri-

mus. Nam secundus

uerborum interpretatio-

nem: tertius argumentandi ratio-

nem continebit.

Summa
tractando
rum.

LAVREN-

TII VALLAE DIALECTI-
CARVM DISPVATATIO
NVM LIBER
PRIMVS.

Quot & quæ cum prædicamenta, tum
transcendentia.

CAPVT PRIMVM.

Primordi
a dialec-
cis.

Prædica-
menti no-
men:



A QVÆ DIXI PRIMOR-
dia, video fieri duplicita: una quæ cate-
goriæ appellantur: quo nomine qui-
dam latini utuntur, tanquam ei nul-
lum latinum respondeat (quorum est
is, cuius opus falso inscribit Aurelio Augustino:
cum fuerit aliquanto uetus) Id Boetius nisi qs
alius prior fuit transfert prædicamenta: nec usita-
to uocabulo, nec (ut arbitror) satis proprio: Quod
ego, ne cui uidear in uerbis esse curiosior, his dun-
taxat ubi nihil pericli est, tanquam proprium &
usitatum usurpabo. Prædicamenta igitur decem
esse dicuntur, affectato magis quam necessario
numero, si eadem Boetio credere uolumus: dicen-
ti in Arithmeticis, inde etiam in Aristotelica, atque
Archytæ prius decem prædicamentorum descri-
ptione, Pythagoricum denarium numerum mani-
festum est inueniri: quandoquidem & Plato studi-
osissimus Pythagoræ, secundum eam disputatione
diuidit: & Architas Pythagoræus ante Aristotelē
(licet quibusdam sit ambiguum) decem hæc prædi-
camēta

LIBER PRIMVS.

camenta constituit. Ex his Boetij uerbis, Archytam amore Pythagorai numeri potius, quam rei ratione decem prædicamenta constituisse: uerum non fuisse horum inuentorem Archytam: sed Aristotelem, pluribus refellerem: nisi refelleret se se i. se Boetius, super librum prædicamentorum inquietus: Vnde posteriorum quidam, non esse Aristotelem huius diuisionis inuentorem, suspicati sunt: quod Pythagoricus Archytas eadem conscripsisset. In qua sententia Iamblicus philosophus est non ignobilis: cui non consentit Themistius, neque concedit eum fuuisse Archytam, qui Pythagoreus Tarentinusque esset, quique cum Platone aliquantulum uixisset, sed Peripateticum aliquem Archytam: qui nouo operi, autoritatem uetusitate nominis conderet. Quare non Archytam sed Aristotelem prædicamentorum esse inuentorem confitendum est. In quorum translatione, quem potius quam Quintilianum sequaris ita ait: Ac primum Aristoteles elementa decem constituit: circa quæ uerari uideatur omnis quæstio: *δυσιαρη* quam Flavius essentiam uocat: neque sane aliud est nomen eius latinum: sed ea queritur an sit: qualitatem, cuius apertus est intellectus: quantitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quam magnum & quam multum: ad aliquid, unde ductæ, translatio & comparatio: post hæc ubi, & quando: deinde facere, pati, habere: quod est quasi armatum esse, uestitum esse. Nouissime cui *συγκεντις* quod est compositum esse quodammodo, ut calere, iacere, stare, irasci. Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere: cætera ad quosdam locos argumentorum

Archytas.

Quintilius.
nus.

DE DIALE. LAVRĒN. VALLAE.

Elemēta, uidentur. Hæc Quintilianus: qui ideo uocauit elemēta, quod sensus cæterorum uocabulorū ad ista tanquam ad elementa & principia referantur: ob eamq; rem dicuntur genera, quid ex his cætera significata gignuntur: quorum nullum est alio superius aut alteri genus: sed ipsa sunt genera principalia, & si sic dicere licet, principalissima: sed non ut ipsis uocant generalissima: quemadmodum & species specialissimas improprio nimirum uerbo, quia non dicitur genus generale: & species specialis, sicut nec substantia substancialis: nec materia materialis: nec forma formalis: & item in cæteris: Quæ uerba si in positivo absurdā sunt: profecto erūt in superlativo absurdissima. Altera primordia atq; principia, quæ isti transcendentia appellant: quod transcendant illa summa genera (quia ipsa non sicut genera, sed supra omnium generum sunt dignitatem potestatemq;) quod an uerum sit, posterius uidebimus: ea numerorum sex esse dicuntur: ens, aliiquid, res, nnū, uerum, bonū. Quæ, quoniam sunt altiora principia, & uelut principū principes, & quasi (ut istis uidetur) quidam imperatores ac reges: qui singula prædicamenta sunt ens, sunt aliiquid, sunt res, sunt unum, sunt uerum, sunt bonum: de his prius ordine ipso dicendum est.

Sex quæ uocantur transcendentia, quā
uim habeant, ex quibus res prin-
cipatum probatur obtine-
re. Cætera non esse
transcendentia.

CAPVT SECUNDVM

IAM

IAm primū, non plures esse debere imperatores ac reges, sed unū: uel sua sponte manifestum est ut apud Homerum Vlysses:

οὐκ ἀταθόρ πολυκορανίη, εἰς οὐρανούς ἵσω:

εἰς βασιλεὺς, τὸν θεῶν κρόνου τοῖς ἀγκυλομήτεω

Ergo, quod ex his uocabulum, siue quæ uocabuli significatio, sit omnium imperator & rex, id est, omnium capacissima (quam nobis deus dedit) inquiramus. Peripatetici, si detur eis optio, opinor hanc dignationem tribuerent illi uocabulo, quod primo loco nuncupauit: hoc enim semper in ore habent, hoc uelut talo (qui multa latera habet) utuntur & ludunt. Apud me autem ex his sex, quæ nūc quasi de regno contendunt, nō aliter, res erit rex, quam Darius Hystaspis filius, futurus rex erat ex illis sex Persis, qui regnum sorti permisere. Interq; cætera ens, ut maximam ad obtainendum regnum præ se speciem fert, ita clam maximo uitio labrat: de quo ut dicam pluribus, dicam breuissime: quia nihil habet dubitationis questio de alijs. An non aliquid alia res significat? unū, una res, uerū, uera res aut ueritas, quæ etiam res est: bonum, bona res, siue bonitas uel, pbitas quæ & ipsa res est? Ita ens ea res quæ est: quod ut apertius probem enucleate exacteq; disputabo. Ens suapte natura participium est omnisq; generis: quod cum transit in nomen, est tantum neutrū. Apud græcos uero tribus uocibus per totidem genera uariatur δη δη δη quæ neutralis uox cum transit in nomen, sumit articulum δη δη quod participio non accommodatur: & hoc est de quo loquitur Aristoteles.

Ens.

Sed eius

ii LAVREN. VALLAE DIALE.

Partici-
pium.

Sed eius significatio ē suo participio elucebit. Omne participium uim optinet relatiui et uerbi, ut homo ambulans legens currens, id est, qui ambulat qui legit, qui currit. Ita homo ens diues, hoc est quod diues. Quanquam hoc participio ut frequenterissime Græci omnes utuntur, ita uix ullus latinorum aut usus est aut utitur. Quod etiam Priscianus testatur, inquiens: Græci autē participio utuntur substantiui, quo nos quoq; secundum analogiam possemus uti, nisi usus deficeret participij frequēs.

Ens Quāmuis Cæsar nō incongrue protulit ens à uerbo sum es quomodo à uerbo possum potes potēs: hoc participio usum esse ipsum Priscianum non ausim dicere: cum pauloante in eodem duodeuige simo libro ait. Est autem quando per ellipsin uel uerbi uel participij substantiui huiuscemodi casuum, id est, nominatiui cum obliquis constructio solet proferri ut filius Pelei Achilles multos interfecit Troianos bellās, subaudit̄, em̄, participiū uerbi substantiui ens, quod in usu nobis non est. Nuncupauit potius hoc participium Priscianus quā usurpauit. Imperiti pro hoc solent uti existens: quid hoc uerbum significet nescientes. Cæterum his, q; cum in alijs libris, tum in Aristotele conferendo, usurpant hoc, de quo agimus participiū (quo nem̄o prudens est usus) non do ueniam: do, cum trāferunt iam nomen de participio effectum: quod quid significabit: nēpe antecedēs cum relatiuo & uerbo, sicut cætera quocunq; in genere, ut amans uxoris, amans mariti, ut cōtingens, accidens, cōsequens, antecedēs, hoc est, ille uir, ea mulier, qui & quae amat: id quod contingit: id quod accidit, id qd̄ cōsequi

consequitur: id quod antecedit. Ita id quod est: quod pronomen, & si non ponatur tamen, subaudiri necesse est: ut cerno quod tu, uidelicet id quod tu. Porro pronomen hoc, non tantum virium obtinebit cum adiectivum est substantivum: ritu suorum (ut sic dicam) germanorum. Cum enim dico cerne hoc marmor, istud lignum, illud pratum, id mare, perinde est ac si dicam, cerne pulchrum marmor, granum lignum, iucundum pratum, turbidum mare.

At cum dico, cerne hoc uel istud, uel illud, certe significatur haec res, illa res, ea res, idem eadem res. Qualia sunt cætera similia. Aliquid namque (ut superius dixi) est aliqua res, aliud alia res, idem eadem res, nihil, nulla res. Igitur si ens resolutum id quod est: & id resolutum ea res, profecto ens ita resolutum ea res quae est. Quo palam est omnem vim non naturalem habere: sed ut sic dicam, precariam ac mutuo sumptu. Nunc illud addo, non decere istud uocabulum precariam uestem, ut non decuit (quæ admodum est apud Horatium) pauonis cauda corniculam. Nam ens quasi præpeditum uocabulum est, & præ nimio onere ambulare non ualens. Quid enim sibi uult, uerbi causa: lapis iste ens, id est, ea res quae est, quid faciunt ille uoces, ea quae est, cum sit & apertius, & expeditius & scilicet, lapis est res. Nolo argentum plus scorizæ habens, nolo triticum quod uix extet in acere: cum præsertim absurdum videatur oratio, lapis est ea res quae est: siue lapis est ea res quae est: quasi nihil sit proprie nisi solus lapis, aut quicquid erit illud de quo dicemus ipsum esse rem quae est: quae oratio de solo deo propria est. Vnde genere masculino dicitur in Genesi ^o ^{wp} scilicet

14 LAVREN. VAL. DIALECTI.

scilicet, is qui est, misit me: quia deus tantum proprius est, cui cætera comparata proprie & uere non sunt. Etiam in neutro genere proprie deo diceatur deus est ens, id est id uel ea res quæ est. Nam deum esse rem etiam omnes theologi cōfidentur: meritoq; à Græcis dicitur ὄντος quasi uere & utique, & τὸν ὄντα quasi re uera hoc est re ipsa. Itaque quum de alia re, quam de deo dicitur, quod sit ens, inepte dicitur: ut non sine causa neq; ab re, summū latinorum hoc uocabulum repudiauerit. Quod Aristoteles adiectione facit ineptius, dicens: ὅπερ ἡ ὄντη ens quatenus ens: quasi id quod est, possit non esse. Est enim hoc secundum ens participium, in quo etiā à quibusdam peccari solet: cum dicunt lapis est: uel homo est, ergo ens est: quia non est nomine nunc ens, sed participium: si modo concedendum est, ut uerbum resoluatur per suum participium, & uerbum substantium: de quo disputabitur proximo libro. Quare ut finem quæstionis faciamus, ne'ue diutius tot populorum nationum suum regē præstolatum auditatē remoremur (& si iā hoc iudicauimus) quoniā Darij nostri equus hinniuit, non serui astutia, sed rationis & dei nutu, nulla sit amplius de regno cōtrouersia: sed cætera quinq; aliquid ens unū uerum bonum, ut quinque per se fecerunt, descendant ab equis, & res quod est ē sex uere rex, pronaadorent: ut quinq; per se Darium quem regem esse intellexerant, adorauerunt: & hoc est quod Vlpianus ait rei quoque uerbum ut generale prætor eligit: non dixit ens, non unum, non uerum, non bonum, non etiam aliquid, quod penè idem significat, quod res ut dixi. Ideoq; & passim hac uoce, ut genera

Deus.

ὄντως.

Res trans-
scendētiū
rcx.

Res.

LIBER PRIMVS.

generali utimur: ueluti, de re uxoria, de re rustica,
de re nauali, de re militari, item: uenio ad rem. Et
generalem interrogādi uocem habemus: quid id
est: q̄ res de qua posterius disputabit: q̄ res autem
ad omnia sp̄ccat pr̄dicamēta, quoniam singula
illorū sunt res. Sed meminerimus, nō semper hanc
uocem significationis esse generalis. Nam, tum si
gnificat statum atq; conditionem: unde res publi-
ca dicit, & res priuata, & res meæ atq; tuæ: tum di-
stingui à personis solet: unde locorum argumenta
uel ab rebus sunt uel à personis: tum à uerbis, ut
apud Horatium:

Res.

Verbaq; prouisam rem non inuita sequētur.
Et apud rhetores: quod oīnis oratio necesse est ha-
beat & rem & uerba: quodq; eadem constat ex his
quæ significatur, & his quæ significant, rebus &
uerbis. Quæ uerba quidem appellantes signa di-
cunt omnia constare, è rebus & signis. Aliquando
& aliter distingui: ut apud Ciceronem. Non enim
res laudanda sed spes est. Vnde medicus in morbis
non rā causam considerat, quā rem: & apud Quin-
tilianum, nomine uterq; uno uititur: utrum sit in re
coniectat quasi re uera. Tum accipitur pro contē-
tione atq; commertio: ut res est mihi cum homi-
ne furioso: tum pro actis, ut res Augusti multi scri-
psere: tum pro causa, ex quo sit, ea de re, qua de re,
quamobrem: tum pudoris causa pro coitu ut apud
Terentium Thais: Miles cum quo tum rem habe-
bam: & uulgus ait aliquē habuisse rem cū aliqua:
tum pro cēsu, seu facultatibus, ut apud eundē codē
in loco, eiusfrater aliquantulum ad rē est audior:
& apud Horatium: Nunq; sic facies rem. Vnde illa

Philippi

16 LARENTII VAL. DIALE.

Philippi conquestio, non esse in ciuitate duo milia hominum qui rem haberent: tum pro utilitate, ut ē re est, in rem tuam est. Neq; mirandum est, tot significata unam uocem habere specialia, cum oīa significata generaliter cōtineat. Magis (ut sentio) commodum nomen, quām illud græcorum πράγμα quod solet transferri negotium: licet & nos pro re aliquando dicamus negotium: ut apud Ciceronē in rhetoricis, dum ait argumenta duci ex eo quod aut personis attributum est, aut negotijs. Et quāle illud forsan Vlpiani. Natura enim rerum inductum, ut plura sint negotia, quām uocabula. Quo factū m̄ est fortasse, ut Aristoteles sepius uoluerit uti τὸ ὅπλον quām πράγμα, qui si uocum animaduertis set naturam acuim, πράγμα potius, quām τὸ ὅπλον usus fuisset. Multa loquutus sum de trium priorum proprietate, quæ quasi eiusdē sunt nature: loquar etiā de alteris tribus, quæ & ipsa diuersæ proprietatis sunt: ne hos tanquam honoratissimos hospites inhonoratos dimittamus: eo quidē magis quod contumeliam cī facit, cui honorem negat iusto maiorem.

Quanquam nescio, an tribuerim maiorem iusto: quod hæc æquare uisus sum illi aliquid, quod nihil habet repugnans, nisi ipsum nihil. At uni repugnant plura, & bono malum, & uero falsum: quæ & ipsa, aliquid est. Præterea unum, pro una res inueni: ut, unū à uobis iudices peto: bonū, p bona res accipi, uix ausim dicere: cum legimus, omnia bonū expertunt: uerum, pro uera res, non memini me reperisse: sed pro ueritate: sicut falsum pro falsitate.

&

πράγμα

Negotiū.

I Vaum.

LIBER PRIMVS. IV

& bonum pro bonitate, & malum pro nequitia.
 Qui etiam unū pro unitate, siue pro una re, ut ab
 uno ad cētum. Aristoteles negat unum esse nume-
 rum: sed principium numeri. Quæ principia rerū,
 non sint ipsarum rerum partes, & ex consequenti
 ipse res: qui legit principium libri, librum legit: q
 tangit caput hominis, hominem tangit: qui uidet
 initium stagni, stagnum uidet: qui audit exordium
 orationis, orationem audit. Quæ talia non sunt
 ad calumniam sophistarum referenda: sed ad ho-
 minum usum, qui uerborum est autor. Omnes di-
 cunt numerum singularem & pluralem, & unum
 numero, & plura numero, quem in modum non se
 mel ipse locutus est Aristoteles. Duæ mulieres, quæ
 duodecim gallinas cum gallo pro induiso habe-
 bant, pepigerunt inter se: ut oua, quæ pari nume-
 ro quotidie nascerentur, essent huius: quæ impari,
 essent illius: nascuntur aliquando singula. dic oua
 quæ cuius erunt, an neutrius: minime: sed eius, cui
 imparis numeri oua debentur: ergo unum ouum
 numerum facit. Itaq; melius de intellectu uerbore
 mulierculæ nonnunquam sentiunt, quam summâ
 philosophi. Illæ enim uerba ad usum trahunt: isti
 ad lusum. Cuiusmodi est, quod ait Aristoteles nu-
 merum numerari, seu numerabilem esse. Hoc ego
 cum mulierculis nego intelligere: numero quod
 numeratur, non ipse numerus: sic nec mensura me-
 titur seu mēsibilis est: nec pondus appenditur seu
 appēsibile est: sed ipsa mensura, & ipso pōdere, alia
 metimur atq; appendix. Verum siue ueritas est Verum
 proprie scientia: siue noticia cuiuscunq; rei, & qua-
 si lux animi, quæ ad sensus quoq; se porrigit: hāc
b lucem

Uſus uer-
borum au-
tor.

Iucem esse uolo ipsius animi: quasi oculorum uirtutum uidendi & uisum: non exteriorem quandam ueluti solarem. Quanquam ut sol oculis colores corporum, ita deus menti rerum qualitates ostendit & exhibet. Hoc non nihil diuersae protulit Plato in libris de re publica, cum, ait ueritatem esse ueluti somnium: scientiam noticiamque ueluti sincerum aspectum. Sed cum in nobis falsitas sit, cur non sit & ueritas? Certe cum quid falsum uerumque esse affirmamus, id ad animum loquentis refertur: quod in eo ueritas sit aut falsitas. Nam falsus panis, & falsum uinum, & falsus propheta: & uerus panis, uerum uinum, uerus propheta, non aliud est, quam panis, uinum, propheta, & nequaquam est panis uinum, propheta: ut nos opinamur. Itaque in nobis, id est, in animo nostro est ueritas & falsitas. Nonnihilquam hec non in animo notantur: sed in ore. Ideoque oratio potest esse falsa, animo non errante: cum quis alter loquitur ac sentit: & item uera, errante animo: cum quis non alium uti superiorē sed scipsum fallit. Transferuntur interdum nomina ad gestumque: uere ne ille dormit, an simulate falsō ne gemit, an uere? & uerū quidem loqui ac uere: quid apud eruditos differat non inuenio. Bonum autem nomen facio (ut ad tertium nomen ueniam) & benefacere: quo pacto dicam differre: nisi quod bonum facere in usu non est. Ac isti uolunt, agi posse bonū non bene: quod ualde absurdum est. Nam si egeno instati odiosius, stipem dedero cum iurgio, non sum dicendus bonum non bene, fecisse. Quis enim negauerit bene fecisse me, quod stipem egeno porrexim: at non bene feci quod egenum obiurgauim. Certe nec bonum

Bonum.

Bene.

LIBER PRIMVS.

19

bonum feci: ergo duplē actionem fecisse dicen-
dū: unam bonam, alteram non bonam: in danda
stipe, & bene feci, & bonum: in obiurgando, nec be-
ne nec bonum: ita & iuste agere & iustum idē sunt:
 si modo talis sermo reperitur. Quum loquamur
potius, aut per aduerbiū, pie, sancte, iuste, bene,
facito: non pium, sanctum, iustum, bonū facito: aut
per numerum pluralem, pia, sancta, iusta, bona fa-
cito: ut apud Aristotelem in politicis. Impossibile
est iusta agere nō iusta agentibus: quanq̄ ridicula
(ut inquit Quintilianus) sit oratio: cuius hæc sunt
uerba. His illud adjicere ridiculū putarē, nisi eo Cī
cero uteretur: qui rem iustum faciunt, iuste facere.
Quod certe non eget probatione: quod compascu-
um est compascere licere dicimus. Tamen iustum
peto, pro rem iustum peto.

Nihil esse quæ concreta dicuntur, nisi
certis paucisq; in locis.

CAP V T T E R T I V M.



Voniam de adiectiuis (ut aiunt) substā-
tiuatis aliqua attigim: res ipsa postu-
lat, ut de concretis & abstractis (nam
huiusmodi adiectiua in substātiū con-
uersa dicunt concreta) disputemus: ma-
teria (ut isti appellant) metaphysica. In qua, ue-
lut in arbustiua uindemia, scalis, calathis, falcibus,
strenue occupat: qd uidelicet hinc demū grēca ui-
na, aliude uero, q̄ ē uineis Latij, pueniant. Sed mihi
uidentur eorum uina lora etiam peiora. Albū,
nigrum, rutilum, & similia (q̄ uocant cōcreta) aiūt
significare rem albam: hoc est duo: corpus, si nomē
b 2 hoc

20 LAVREN. VALLAE DIALE.

hoc ad corpus refertur: & præterea illam qualitatem (quæ per se dicitur abstractum) albedinem, nigredinem, rutilitatem, & item cætera. Ego de hac re non possum in uniuersum pronuntiare: & istos uno statim uerbo damnare: cum putem utiq; condemnandos. Pedetentim pergam, ne quo in loco

Albi mul
tiplex. nimis festinabundus offendam. Ante omnia, albū ouī cum dicimus & album oculi, & album præoris, album iudicum, album decurionum: & si res cū albedine significatur, non tamen ampliuge & uniuersaliter: & quancunq; rem talem (ut isti accipiunt) prædicat: sed certam sicut apud quesdam nigrum, & rubrum, pro nigra scriptura & rubra. Talia sunt sacrum pro templo, ut si quis rem sacram de sacro furetur: & pingue pro adipe, & caducum pro bonis quæ non legata testamento ad fiscū residunt: & Tusculanum, Cumanum, Pompeianum meum uel tuum: pro prædio meo uel tuo quod est in agro Tusculano, Cumano, Pompeiano. Itē mutuum, depositum, creditum, debitum, hæc & quæcunq; sunt talia, rem unam certamq; prædicant, ut dici concreta non possint: alioqui meram qualitatem ut apud Vergilium:

Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo.
id est, albedine siue albo. Et alibi: Visa sub obscurum noctis: uidelicet sub obscuritatem. Et apud Plinium, uentos qui fugant serenum, nempe serenitatem: & apud Ciceronem Canorum illud nescio' quo pacto splendescit, etiam in senectute. Quale est illud Pauli, quæ sit latitudo longitudo sublimitas & profundum, id est, profunditas: quælia sunt quæ q̄tidie lectitamus. Nihil in hoc uiro stulti

Sacrum.

Caducum

stulti est, ut Plautus, plus ægri ex abitu uiri, quām
ex aduētu uoluptatis capio, id est, egritudinis. Cu Concreta
ius rei hoc sit pro ratione, quod hæc nomina fere ^pabstra-
iuncta reperies cum uerbis qualitati seruientibus.

Album exhilarat oculos: nigrum contristat. Frigi-
dum delectat æstuantes. At ego, tango frigidum
projicio calidum, album currat, nigrum uolat, ruti-
lum canit, nūquam audiui: nec aliquis (ut opinor)
unquam nisi barbarus dixit. Cur ita? quia hæc uer-
ba seruiūt corporalibus rebus: ut tango niuem,, p
iūcio ferrum, equus currat, coruus uolat, gallus ca-
nit. Quæ profecto reperirentur applicata illis, de
quibus agimus: si concrete significant duntaxat
in singulari. Dicam rem miram, & pene nulla rati-
one fultam: sed usu probatissimam. Hæc ipsa quæ
nego prædicare concrete, fateor (quod tamē istis
inauditum est) in plurali prædicare concrete tam
apud græcos quām apud nos, ut alba sunt iucun-
diora nigris, id est, res albæ omnes, omnibus ni-
gris. Item pinguis libentius emo quām macra. pu-
blica semper chariora sunt, turpia uilius uendun-
tur, uilia nemo furatur, sed preciosa, Ouidius:

Frigida pugnabant calidis, humentia ficcis.

Mollia cū duris, sine pōdere habētia pondus.
Adde huic maiorem probatiōis speciem, & ipsam
admirandam. Adeo singularis, talium nominum
refugit concretitatem, ut ob hæc rem adiectiva re-
rum corporalium substantiua non patiātur nume-
rum singularem, ut lapidea, marmorea, plumbea,
ferrea, bombicina, serica & alia infinita ut prisci
habuerunt in usu uitrea, stagnea, lignea: nos habe-
mus argentea, auræa, crystallinea, gemmea: non

Concreta
pluralia.

• LAVREN. VALLAE. DIALE.

autem uitreum, stagnum, ligneum, argenteum, aureum, chrysalteum, gemmeum. Quod unde fieri dicamus, nisi quod numerus singularis adiectui in substantium neutri cōuersi, solam qualitatem prædicat: quæ in adiectiis rerum corporalium esse non potest: & pene in cæteris omnibus, qualia sunt laudanda, pudenda, iucunda, amabilia, suavia, dulcia, lœta, molesta: non autem laudandum, pudendum, iucundum, amabile, suave, dulce, lœtum, molestum. Ideo dixi penè, quod pauca quædam uidentur facere exceptionem: ut pronomina illa: meum, tuum, suum, quibus affine est alienum: ut dedi de meo, non dedi de tuo, de suo nunquam dat sed de alieno. Sallustius: Alieni appetens, sui profusus. Ilia quoq; uidetur facere exceptionem, sed diuersa ratione: quoniam substantium hoc non congruit cum supposito suo in genere: ut illud quod dixi. Homericum, nō est bonum plurium principatus: & apud Vergilium:

Triste lupus stabulis maturis frugib⁹ hymbres:
Arboribus uenti nobis Amaryllidis iræ.
Dulce satis humor depulsus arbutus hœdis:
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.
Et alibi, Varium & mutabile semper fœmina: Et
apud Ciceronem: Malum mihi uidetur esse mors:
& iterum malum' ne quia miserum? Item quando
suppositum est cum infinito, ut apud Iuuenalem:
Miserum est alienæ incumbere famæ.
quanq; hoc posset uideri magis adiectiuū. Nam il-
lud, festiuitas quædam sermonis excusat, sacrū de
sacro furari, id est rē sacram: q; si mutes, de sacro in
aliud nomen, aut tollas: iā non audebis sacrum di-
cere

LIBER PRIMVS.

23

cere sic, sacrum de tēplo furari, siue furari sacrū. Vi
des ut licentiam festiuitas excusat: ut in illo: Vim
ui repellere licet, q̄si idē significet uim & ui, cū non
ita sit: quia uim significat uiolentiam, ui autē uiri-
bus: sed tolerat sermo ppter uocis festiuitatē ge-
minatæ. Quid si sec⁹ uspiā fortasse reperiat, id erit
affectatus: q̄ usitatius dicitū. At philosophia ac dia-
lectica non solent, ac ne debent quidē recedere ab
usitatissima loquendi consuetudine, & quasi à uia
uulgo trita & silicibus strata. Iā uero illa qualitatē
aut potius actionē prædicant, in apertū descendī,
in planū ueni, ex pacō, ex conuēto, ex locato, ex
cōducto: hæ certe qualitates sunt, lubricū linguae,
incertū ætatis, ambiguū mētis, id est, lubricitas, in-
certitudo ambiguitas: (& ut ad ea ueniā, pp̄t q̄ ad
hāc disputationē citius iusto descēdim⁹) iustū, piū,
sanctū, uerū, bonū & siſia cū substantiua sunt nil ali-
ud significat q̄ qualitatē. Verg. Iustūq̄ memorq̄ p-
cat. i. non rē iustum recti. i. rectitudinis, remq̄ me-
morē: sed iustitiā atq̄ memorīā. Itē: mens sibi con-
scia recti numina ueri. i. ueritatis: falsum idē qđ fal-
sitas, bonū qđ bonitas, nisi qđ bonū duo seruat, iu-
stitiā seuerā & mitē, quā mitē uocamus bonitatē:
ut cū aliquid dicimus iudicari ex æquo & bono: iſpm
etiam æquum idem est quod æquitas: honestū idē
est quod honestas: ut quot sunt partes honesti: id
est, quod sunt partes honestatis. Aeternum idē est
quod æternitas: quæ sunt exēpla cū plurima, ut ope-
ra multorū durant in æternum, et opera scribuntur
ab omnibus ad æternitatē. Malum idem quod ne-
quitia (ut dixi) siue uiciositas, utile qđ utilitas, com-
modū qđ commoditas, pprium quod proprietas,

Vim ui re-
pellere li-
cer.

Bonum.

Aequum

Malum.

contra-

contrarium quod contrarietas: & cætera huiusmodi. Quare tota ratio concretorum inanis & cassa est. Mallem dixissent in genere masculine fœmini nonquam neutro: nam substantiuantur adiectiva in masculinum genus & fœmininum, significantem rem cum illa qualitate, sed res ipse non sunt nisi vir & mulier: ut fuscus est calidior natura candido, alba est uenustior fusca & atra, multi sunt ægroti, ræræ sunt pudicæ: de nullo alio animali quam de homine intelligas: ac de nulla quidem alia re. Iratus non habet consilium, avarus nisi cum moritur nil recte facit: obnoxia marito uix unquam uerberatur: non de leone, cane, aquila, coluba sentitur: sed de viro & muliere. Item aliquis aliqua, quidam quædam, si quis, si qua, aliis alia, nullus nulla, hic haec, ille illa, usque adeo ut nihil intersit an addat vir seu mulier, an non: ut nullus vir adest, nulla mulier taret, & nullus adest, nulla tacet: etiam in illo generali interrogandi nomine, quid seu quod, ut: quis adest, & quæ mortua est, nempe vir & mulier: errant igitur hi græci quos Priscianus sequutus est: inquiens. quis inuenit literas? homo: quis utilis est aratro? bos: quis natat in mari? piscis. Nam cum queritur, quis inuenit literas? perinde ac si dicetur, quis homo? ut imperitum sit te, mihi querenti, quis me expectat? respondetur canis. Si canis expectaret, & non vir, respondendum erat, nemo te expectat, sed canis: certum est enim me de homine querere. Nam alioqui non (quis) dixisset: sed quid me expectat: quod sit in cæteris: non enim querendum est quis utilis sit aratro, quis natat in mari, sed quid. Nam interroganti quis utilis sit aratro? sic responderem

Prisciani
error.

Quis.

Quid.

responderem, bubulcus, arator. Quis natat in mar-
 ri: nemo quod uideam, aut ille: quis inuenit lite-
 ras græcas? Cadmus (ut aiunt) latinas? Carmenta:
 hebræas? Esdra: quis (ut dixi) ad uirum solummo-
 do refertur: quæ ad feminam. Quod autem nun-
 quam concrescit, sed semper est adiectiuum: ut qd^s
 animal utile est aratro: quod brutum natatin ma-
 ri: sicut quis homo inuenit literas, uel quis equus ē
 ad cursum idoneus? quæ bellua ē utilis aratro, uel
 natat in mari? Ideo dixi adiectiuum, quia tres ha-
 bet uoces substantiis indigentes quis, quæ, quod.
 Nam quid semper est substantiuum. Addam exem-
 pla in obliquis, audio quendam uel quandam, nul-
 lum nullæue audio, inuenias aliquē aliquæue, quæ
 sentio: quam audio video currentem, audio come-
 dentem, sentio dormientem, recte de homine di-
 cas: non recte de equo, lupo, boue. Nam video cur-
 rens, audio comedens, sentio dormiens, nunquam
 nec legi: nec dicentem audiui: legi tamē frigidam,
 gelidam, calidam, pro tali aqua. Quod si partici-
 pia non substantuantur in neutrum genus dunta-
 xat, ut concrete significant, ut currens significet
 rem currentem: comedens quæ comedit, dormiēs
 rem quæ dormit: profecto neq; ens substantiabit
 neutraliter: ut significet rem quæ est. Nam illa dis-
 similia (quæ tamen paucissima sunt) contingens,
 accidens, cōsequens, antecedens, quæ certam rem
 significant non autem omnem quæ contingit: que
 accidit: quæ consequitur: quæ antecedit.

Quod.

Nulla nomina in itas descēdere à substatiis,
 sed ab adiectiis, nec ab his omnibus.

b 5 CA

CAPVT QVAR TVM.

Quid quod ab isto ens, faciūt entitas (ut de
hac quoq; materia nunc disputem) qualia
multa à lia ut à quid quiditas, ab idem identitas, à
per se perfeitas, ab ecce ecceitas, &c. è barbariæ q-
dam gurgustio prolata. Nam primum hæc ab Ari
stotele traduntur: deinde à substantiis formari ne
queunt. Ens autem & quid, & idem substantia
sunt. Postremo, nec ab omnibus adiectiuis, nisi ab
his, quæ exeunt in us, quæ sunt secundæ declinatio
nis: quanq; nec ista omnia, & quæ in er eiusdem de
clinatiōis: & quæ in is tertiae, & in quasdam alias
literas non omnes tamen. Secundæ ut à sanus, bo
nus, probus, sanctus, beatus, diuinus, humanus: san
ctitas, probitas, sanitas, beatitas (ut Cicero ait) si
ue beatitudo, diuinitas, humanitas. Item à dexter
dexteritas. Tertiæ ut à leuis, grauis, facilis, medio
cris, tenuis, exilis: leuitas, grauitas, facilitas, medi
ocritas, tenuitas, exilitas. Item à celer, à pauper, à
felix: celeritas, paupertas, felicitas. A currens autē
aut à comedens, à clemens, à stās, à sedens, à legēs,
nullum in itas exire deriuatium audiui: ergo nec
ab ens potest deriuari entitas. Ita præterquam qd
nulla hoc ntitur autoritate, duabus de causis ueta
mur formare entitas: quod hæc in. n. & s. exeuntia
non admittunt huiuscmodi substantia in itas: &
substantia nulla (quale est ens) gignunt ex se in
itas substantium præter unum quod uix substanti
um est: ciuis simile illis (diues, pauper) unde sit
ciuitas. Ideoq; nō significat qualitatem ciuitas, q
a nec ciuis: ut illa significant sanitas & sanus, probi
tas & probus, suauitas & suavis, pauper et pauper

Entitas-

ras. Quare sciāt se errare qui dicūt deitas: ut apud græcos θεότητας quod nemo neq; latinus neq; græcus duntaxat eorum, quos prisca uocamus dixit. Deus autem siue θεός non qualitatem significat. Dixerūt igitur nostri à diuinis diuinitas: græci à θεούσι θεότητος. Et alioqui superuacuum erat, alterum nomine eiusdem significationis asciscere: præ ratione repugnante, quæ iubet ab adiectiuis demum, neque his omnibus huiusmodi formari. De qua re ita Boetius in libros perihermenias loquitur: nam si nomen fingere liceret, illam singularem qualitatem, & incommutabilem alicui alijs substantiæ suo ficto nomine nuncuparem: ut clarior fieret forma propositi. Eo enim modo, qualitatem hanc Platonitatem, ficto uocabulo nuncupare possemus: quomodo hominis qualitatem dicimus humanitatem: hæc ergo Platonitas solius unius est hominis, & hæc non cuiuslibet, sed solius Platonis: humanitas uero & Platonis & cæterorum quicunque hoc uocabulo continentur. Vnde fit, ut quoniam Platonitas in unum conuenit Platonem, auditius animus Platonis uocabulum ad unam personam unamque particulatam substantiam referat: cum autem audit hominem, ad plures quoque intellectum referat: quoscunq; humanitatem continere nouit. Boetius recte ille quidem, quod negavit hoc uocabulum platonitas fingi licere: sed parum sincere, quod ita locutus est, ac si humatitas formetur ab homo. Nam si humanitas sit ab homo certe cur non & platonitas sit à Plato. Quod si non licet dicere humanitas ab hō: certe nec platonitas à Plato: Humanitas enim ab adiectuo huma- Humanitas,
nus Boetium
sugillat.

28 LAVREN. VAL. DIALECTI.

nus uenit: humanus autem ab homo. Ita sit à Pla-
to fit Platonicus siue platonius: siue platonianus:
unde fieret platonicitas: platonijras: platonian-
itas quæ qualitas est. At platonitas quod nomē ab
adiectuo qualitatis non proficiscitur: qui recte q̄
at qualitatem significare, nō video. Itcm huma-
nitas deitas & quæ superius attigi quiditas identi-
tas: idem quercitas, eadem reitas, perseitas, eccei-
tas. Nam & alia huiusmodi sunt relatu pudēda. At
legimus apud Ciceronem, ullam appietatem: aut
Appietas
Lētulitas
lentilitatem ualere apud me quām ornamenti uir-
tutis existimans. Hæc duo (nam plura non reperi)
plane ab adiectiis ducta sunt: quoniam et domus
appia & appium: unde uia appia & lex appia: &
malum appium: & lentulus ita diminutiuum est
à Lentus: ut crassul⁹ & Barbatulus à crassus & bar-
batus: quod nomen est quasi adiectuum derisit.
P. Oppius quod assidue minores parentibus filij es-
sent in nascendo: lentuli, quasi essent lentiiores: ne
que hoc tatum in opere, sed in epistola Cicero ut
plane serio scripsit: quasi illudē nobilitatis super-
biā. Ego uero ne ab adiectiis quidē, in ens exc-
untibus materiam significantibus, inueni substan-
tiua à ligneus ligneitas, à marmoreus marmorei-
tas: à ferreus ferreitas. puto quia hæc adiectua nō
sunt c̄litatis. Quod si hæc nomina in itas quæ Bo-
etio quoq̄ teste qualitatem significant: nec ab ad-
iectiis omnibus nascuntur: quanto minus à sub-
stantiis.

Inter essentiam & ipsum esse nihil in-
teresse: & item in ceteris, ut inter
uoluntatē & ipsum uelle.

CA

CAPVT QVINTVM.

VEnio nunc ad prædicamēta: quorum
primum (ut ostēdi) Quintilianus ait
recte transferri essentiam. De quo no-
mine alio in loco ita ingt: Multa ex
græco formata nomina, ac plurima à
Sergio Flauio: dura quemadmodum uidentur, ut
ens & essentia: quæ cur tantopere aspernemur, ni-
hil video, nisi quod iniqui iudices aduersus nos su-
mus: ideoç paupertate sermonis laboramus. Sene-
ca in quadam epistola negat ἔόν, & τὸν οὐσίαν lati-
ne exprimi posse. Boetius maluit οὐσίαν non uer-
bum de uerbo, transferre substantiam: quæ dicitur
græcè υπόστασις unde factum est: ut cum nomen sub-
stantia, non suo græco, sed alteri detur: necessario
quidam græca uoce pro latina utatur hypostasis.
Nec uero hoc fecit Boetius, quia nomen essentia
reformidarat ut durū: Nam eo uti solet, sed in aliū
sensum: quæ fuit causa cur permulti latinorum er-
rauerint: de quo prius paucis disputandum habe-
mus ut liberiore campo: postea dc ea (quam incho-
aueram quæstione) differamus. Ait Boetius, si ipse
tamen est prædicamentorū Aristotelis interpres.
Videtur tamen quidam, præter eos qui dicti sunt,
alius prioris esse modus. Eorum enim quæ conuer-
tuntur secundum essentiæ consequētiā: quod al-
terius quomodo libet causa est essentiæ, pri⁹ digne
natura dicitur. Quia esse quædā homini huiusmo-
di, palam est. Esse namq; hominem, conuertitur se-
cundum essentiæ consequētiā, ad uerā de se ora-
tionem: & paulo post. Quæcunq; autem conuer-
tuntur quidam secundum essendi consequētiā:

In

Substantia

30 LAVREN. VAL. DIALECTI.

In his Aristotelis uerbis, neque essendi græce legă potest, cum gerundio græci careant: neq; essentia legitur: sed tātum infinitiuū cum articulo: sed quū eundem sensum Boetius scribat: aliud pro alio posuit. Certe ipe Boetius declarauit libro qnto in librum pihermenias inquiens, illud necesse est nō esse, id est, nullam essentiam habere: quod de esse & essentia, idem de cæteris similibus dico: nihil enim significacione differunt infinita: quum nominaliter accipiuntur, à suis uerbalibus. Quod & græci præcipiunt: ideoq; illi infinitis articulum applicant, tanquam nominibus: & præpositionem, affirman tes ea iam nō uerba esse sed plane nomina: & nos quoq; adiectua eiusdem, tanquam nominibns accommodamus: sed raro nisi in nominatiuo & accusatiuo quæ fuit causa, cur Boetius in genitiuo infinitū reformidauit & si non semper hoc seruat, Per sius, Et nostrum istud uiuire triste Aspexi. Et iterq;

Scire tuum nihil est nisi te scire sciat alter: Et iterum. Velle suū cuiq; est, Martialis. Velle tu um nolo Dyndime nolle uolo. Ergo ipm uiuere, nihil aliud q; uita: & ipsum currere, quā cursus: & ipsum saltare, legere, audire, uidere: q; saltatio, lectio, auditio, uisio: ipm amare, q; amatio seu amor: ipm uelle q; uoluntas: ipsum scire q; scientiam: ipsum posse. q; potentie siue uires: un apud inelegäter lo quentes dicitur pro meo posse, id est, pro mea potētia siue pro meis uiribus. Melius hic q; superius Priscianus sensit inquiens. Significat autem infinitum, ipsam rem quā continet uerbum: currere est enim cursus & scribere scripture: & legere lectio. Itaq; frequenter & nominibus adiungitur, & alijs casua

LIBER PRIMVS.

casualibus more nominum: ut Persius.

Sed pulchrū est digito mōstrarī & dicier hic ē.
Terentius in Adelphis: Quapropter teipsum pur-
gare, ipsis coram placabilius est. Idem in enucho.
Certe extrema linea amare nonnihil est: & bonū
est legere: utile est currere: aptum est scribere: opti-
mū est philosophari. Bona quidem Prisciani exem-
pla sunt: ego tñ apriora posui: quippe qui adiecti-
ua cum ipsis infinitis tanq cū substantiis copula-
ui: quod ille nō facit. dixi me meliora posuisse exē-
pla quia Quintilianum secutus sum dicentem: Et
in satyra, & nostrum istud uiuere triste aspexi:
quum infinito uerbo sit usus pro appellatione: no-
stram enim uitam uult intelligi. Et quoniam ecclē-
siastici de hac re disputare possent: accipiāt ē mul-
tis uel unum exemplum ex Lucæ euangeliō: & cæ-
cis multis donauit uisum: quod græce dicitur per
infinitum & articulum: quod ut in latinum trāsfe-
ratur utcunq ad uerbum dicetur: & cæcis multis
donauit uidere περιπτερον quod ab idiotis dici-
tur, lo uedere.

De distinguendo horum uerborum es-
sentia, & substātia usu ne an am-
bagibus sermo implicitetur.

C A P V T S E X T V M .

Quod si non reformidauit hoc nomē (sicut
dixi) tanq dux cēntia Boeti, sed ubi dux
uideri poterat, usurpauit: qd causæ fuit, cur in eo lo-
co ubi p̄priū erat, refugerit: præsertim cū auferat
suum illi ὑπόσασιον ut in latinum referri non queat.
An quod δύσις est transferri substantia solet: ut
apud Lucam de filio luxurioso, qui dissipauit
omnes

ὁντιανὸν omnem substantiam, ἐντοπίων quo græco nomine
 usus est Vlpianus inquiens. Quia corpus ostensum
 est: & si in materia sit erratum: ego quidem in uno
 consentio: quia eadem proprie usia est. Alter iuris
 cōsultus de simili re loquens, latino uerbo utitur
 Usus fructus est ius alienis rebus utēdi, salua rerū
 substantia. Sed potest uideri esse alterius prædica-
 tionis hoc apud iurisconsultos et illud Lucæ, Cum
 quo congruit Scæuola etiam iurisconsultus cū in-
 quirit: eidem Titio reddi & solui uolo de substantia
 mea, centum quinquaginta. Significat enim nunc
 substantia cēsum uel facultates uel patrimonium,
 quod apud græcos nunquam dicitur hypostasis:
 sed semper usia: u de putatur diues dictus πλούσιος
 quod sit πολλῆς ὁντιανὸς id est, multæ substantiæ: sed de
 hoc sensu nunc non agitur. An quod hoc nomine
 pro essentia magni sunt autores usi: ut Cicero in
 partitionibus, In his autem causis ubi aliquid re-
 cte factum defenditur, cum est facti substantia, ra-
 tio. & Quintilianus prima apud rhetorem elem-
 enta, & quæ de ipsa rhetorica substantia queruntur
 tractabimus: Et iterum autem. Illa de qua loqui-
 mur rhetorica, talis est qualis eloquentia: nā ipam
 uolumus significare substantiæ. Nam ne ipse quidē
 Quintilianus uidetur audere essentia uti: & gram-
 matici, cum dicunt nomen significare substantiam
 & qualitatem. An quod quidam indifferenter utū
 tur? Vnde Priscianus quāmuis rarius utatur essen-
 tia, s̄epius substantia: Eodem quo supra dixi libro
 inquit: quæ substantiam uel essentiam rei compro-
 bat. Augustinus quoq; cum aliquando sic loquatur
 essentia siue substantia, ait essentiam in deo pro-
 prietate

prie dici: substantiam abusue: An quod græci nō-
 nunquam pro codem accipiunt ὀντία & ὑπόστασι ad
 do etiam ὑπάρχει ut apud Damascenum libro pri-
 mo isagoges hypostaseos nomen duo significat:
 aliquādo quidem significat simpliciter hyparxim
 per se & idiosystamat secundum quam significati
 onem indiuiduum numero differens demonstrat.
 Idem tamen superius dixerat: Essentia, & natura,
 & forma apud sanctos patres idem sunt: & rursus
 substātia & persona indiuiduum idem sunt: sed in
 rebus diuinis de hac differentia disputare pericu-
 losum est: unde Hieronymus ad Damasum scribēs
 ait, sub his uerbis ὑπόστασις & ὄντια uenenum latere
 & propter anticipem ambiguū ὅπ̄ horum nomi-
 num sensum, & quosdam in hæresim incidisse: & se
 à nonnullis hæreticū appellari. Ideoq̄ Romanū
 pontificem consulit: quid sibi agendum sit. Quare
 nos omisso hoc(ubi naufragium timēdum est) sco-
 pulo: ad Aristotelis uerba, ubi nihil periclitetur re-
 ligio, reuertamur. Is multis modis ὄντια interp-
 tatur in sexto philosophiæ libro dicitur autem (in
 quit) usia multipliciter sed maxime quadruplici-
 ter. Nam & quid erat esse cuiusq; & uniuersale, &
 genus usia uidetur esse cuiusq; & quartum, horum
 suppositū. Suppositū autem est: secundum qđ
 alia dicuntur. Illud uero ipsum nunquam secundū
 aliud. Quapropter primum usia distinguendum:
 præcipue enim uidetur usia esse suppositū pri-
 mum: Talem autem in modum quendam, usiā cō-
 stat esse materiam: alium in modum, formam: ter-
 tium in modum, id quod ex his. Idem loquitur in
 secundo libro de anima inquiens. Cum enim tripli
 citer

Suppositū

citer dicatur usia, quemadmodum diximus: quorū unus quidem modus, species: alter uero, materia: tertius autem quod est ex ambobus: horum quidē materia potentia: species, autem entelechia. Et in primo, si autem hoc est usia animæ: seipsum mouere: & iterum. Neq; enim animæ usia causa, ut circū feratur. Quid monstri est hoc Aristoteles? quid p̄ digij Græcia: cum nihil sit, quod nō aut motus sui actio: aut materia, siue potētia: aut forma, siue species, siue entelechia sit: aut quod ex his constat: hęc tam diuersa, quibus cunctæ res & cuncta prædicamenta distinguuntur: uno nomine appellare, imo confundere. Quo sit ut Macrobius hoc ipsum nomen propriè transferens: dū de ipsa anima agit cōfusam quādam faciat significationem essentiæ: ubi inquit, Plato dixit aīam esse essentiā se mouētem. Xenocrates numerum se mouentem. Aristoteles ξτελιχθα Pythagoras & Philolaus harmoniam Possidonius ideam. Asclepiades quinq; sensuū exercitium sibi consonum: Hippocrates spiritum tenuem per corpus omne dispersum. Heraclitus Pōticus lucem. Heraclitus Physicus scintillam stellaris essentiæ. Zenon concretum corpori spiritum. Democritus spiritum insertum atomis, hac facultate motum, ut corpus omne sit illi peruum. Cratolaus peripateticus constare eam ex quinta essentia: Ei iterum dum loquitur de Aristotele Platonem impugnante, de motu animæ his uerbis. Si animæ essentia motus esset: non quiesceret à motu. Nihil est enim quod recipiat essentiæ suæ contraritatem. Nam ignis nunquam frigidus erit: nec nix sponte unquam calescet. Anima autem non

nunq;

LIBER PRIMVS.

Nunquam à motu cessat, non enim semper corpus uidemus agitari: non igitur animæ essentia motus est:cuius contrarietatem receptat. Paulo'que post, ubi Aristotelem ex multorum philosophorum argumentis refellit: Platonem tuens. Quibus autem (inquit) idem est & esse & moueri, nunquam à motu cessant: quia sine essentia sua esse non possunt: & mox ita: Et cum animā per se moueri dicimus: non gemina sequitur consideratio mouentis et moti. sed in ipso motu essentiam eius agnoscimus. Et alibi: Anima descendēs à tereti qua sola forma diuina est: in tonum defluendo producitur sicut à puncto nascitur linea, & in longum ex individuo procedit: ibi'que à puncto suo quod est monas uenit ad dyadem quæ est prima protractione: & hæc est essentia quam individuam eadem' que & individuam Plato in Timæo cum de mundi uæ animæ fabrica loqueretur expressit. Et iterū: si ergo arbores fatebimur moueri quidem sed aptos sibi motu: cur hoc animæ negemus ut motu essentia suæ conueniente moueat. En quot uerbis agimus, ut sciamus utro uerbo sit utendum substantia an essentia, quorūdam hominū peruersitate. Quid igit agemus: si malumus substantia, uidemur magis à græca ueritate discedere: simulq' essentia tanquam cassum, & inutile nomen (quod absit) exterrinare: si essentia, ab usu iam recepto (cui aliqd dandum est) recedemus. Et tamen utro cunctq' modo, in eas quas ostendi, sermonis ambages inciderimus. Ergo ut ueritati & consuetudini suam cuiq' partem tribuamus, & distinctius atque lucidius loquamur, ita nobis reor esse faciendum: ut cum

de re loquimur quæ constat ex duobus illis (ut dicebat Aristoteles) ut substantiam dicamus: cum de illo, quod uocat materiam, id uocemus essentiam: si quando græcus aliquis afferendus erit, græcam uocem sicut fecimus usurpaturi: formam uero qualitatem esse sentiamus: de quibus est nobis in sequentibus dis. utandum. Quod cum ita sit, primū prædicamentum disputandum (ut Boetio libuit) uocetur substantia: nam corpus, è materia constat & forma: siue ex essentia & qualitate: & item anima constare confitendum est: & si de hoc quoq; nō nihil dicemus.

Corpus.

Substantiæ distributio contra Porphyrium & alios.

CAP V T SEPT I M V M.

Porphyrius.



TENIM substantiam Porphyrius uir (si Boetio credim⁹) magnæ autoritatis, atq; doctissimus: ut pleriq; fecere, distribuit in corporeā & in incorpoream. Substantia summū genus ponitur utpote, prædicamēta, corporea & incorporea, differentiæ dicuntur: quæ semper binæ constituunt. Quæ cum rediguntur in substantium, faciunt species: ut ex corporeā fiat corpus: uerum incorporeā non est suum substantium sortita apud hos: ad meam autem legem erit spiritus siue anima. Nil autem corpus quā substantia corporea: & spiritus siue anima quā substantia incorporea. Corpus, quæ est species substantiæ, cum distribuitur in differentias siue in species, fit genus genus harū specierum: & item spiritus siue anima, quam distributā non reperio. Corpus distribuit Porphyrius in animalium

Corpus.

matum & inanimatum siue inanime: huius generis species non habent nomen suum: sed dicuntur corpus animatum: & corpus inanimatum. Species corpus animatum, fit & ipsa genus, distribuiturque in differentias sensibiles, & insensibile: prior species, corpus animatum sensibile, habet suum nomen quod est animal: altera species non habet. Rursus animal fit genus, cum distribuitur in differentias: rationale & irrationalis: neque eius species habent sua nomina, sed dicuntur animal rationale, & animal irrationale. Ipsa quoque species, animal rationale distribuit in ultimas differentias: suntque hinc aliæ species, animal rationale mortale, quæ habet suum nomen homo: & animal irrationale mortale, quæ dicitur bestia: nec est ultima species: sed ulterius distribui ut genus potest. Homo ultima species est: quia non est homo unquam genus, nisi cum in alias qualitates egredimur: ut homo alius bonus: alius non bonus: uel, alius masculus, alius feminus: & ita deinceps. Species homo dividitur in individua ut in Socrate & Platonem. Sicut ultima species nunquam est genus, ita summum genus nunquam est species. Media uero & genera sunt, cum inferius ut respiciunt: & species, cum superius. Porro differentia generi adiecta, facit speciem: ut corporea, adiecta substantiae, facit corpus. Sed adiectio haec uocis, detrahit de sensu: plus enim significat substantia, quam substantia corporea: atque nihil aliud est, species & genus, quam pars & totum. Nam substantia corporea siue corpus, pars est substantiae: tanquam totius: siquidem ut corpus hominis dividitur in caput & truncum quae sunt totius partes: rursus caput

Species-
Genus.

35 LAVREN. VAL. DIALE.

put & truncum quæ sunt totius partes : rursus caput sit totum ad suas partes relatum, & item trun-
cus, Ita genus summum est totū, ad proximas spe-
cies: & ille rursus tota fiunt ad sequētes deinceps.
Non affero autem exēpla de alijs generibus & spe-
ciebus, quia hæc Porphyriana distributio uix ex
parte sincera est. Nam ut taceam quod summum
genus est res, quod generale uerbum Vlpianus ap-
pellauit: quod distribuitur in substantialem & nō
substantialem. Quo pacto fieri potest, ut cum ani-
ma sit substantia incorporea, reperiam eam sub-
stantiæ corporeæ: quasi reperiam frigus, in contu-
bernio caloris: & lucem, cum tenebris habitan-
tem. Corpus animatum constat ex corporeæ & in
corporeæ substantia: quod iam non unius speciei
est sed contrariarum. Hoc istos non latuit: sed pu-
tauerunt animam non esse substantiam: ideoq; & ar-
bores & herbas animā habere dixerunt: de quo pau-
lo post disputabitur. Stulte etiam separantes tan-
quam diuersa, animatum corpus, & animal. Iam
ne animal quidem ullum, immortale dicēdum, nō
enim qui in cælo sunt, aut in inferna sede angeli,
sunt animalia: quia nec corpora creata: cum nullo
sint prædicta corpore: ergo substantia incorporea,
id est, spiritus diuiditur in creantē & creatum: cre-
atus in angelicum & non angelicum. Angelicus (si
placet) in cælestem & infernum. indiuidua, Micha-
el, Gabriel, Sathan, Leuiatan. Non angelicus, in eū
qui factus est ad imaginem dei, qui dicitur huma-
nus: cuius indiuidua meus, spiritus, & tuus: & in eū
qui non factus est ad imaginem dei, qui forte & in
species diuidi posset: & in indiuidua, species: ut spi-
ritus

ritus bruti, & illius. Substantia corporea, id est, corpus diuiditur in uegetabile, & nō uegetabile. Corpus uegetabile in suas forsan & ipsum, species diuidi potest: eius indiuidua, hæc laurus, hæc oliua. Corpus non uegetabile, in aureum & non aureū, & fortasse etiam lögias. Indiuidua hic aureus, hic argenteus annulus. Animal ad neutrum genus refertur: neq; ad spiritum sive animam, neq; ad corpus: & si ex utroq; constat. Itaq; id per se distribuimus in humanum & non humanum. Christum ex cipio ab animali: qui non hō tantum sed deus est. Indiuidua humani iam posui, Socrates, Plato: Nō humanum, id est, bestia (sicut ostēdi) multas inspecies, si liberet, diuidi posset: Ergo quoniam primū prædicamentum est substantia: et ea diuiditur in spiritum sive anima, & corpus: de utroq; quid Ari stoteles sentiat uidcamus.

De spiritu.

CAPVT OCTAVVM.

Spiritus (ut dicebam) alias creator est, alias creatus: Creatorem cum fatear esse substantiam, non tamen dixerim ex materia & forma: sed unam essentia dei esse: & tres proprietates: quæ an dici q̄litates possint, suo loco uidero: Nam materiā nullam tali in re prie dici puto. Quis enim dixerit materiam solis, nisi philosophus? usum consuetudinēq; loquendi pro nihilo habens. Materiā sermo communis accipit, ut in archa lignū: ut in domo lapides: ut in causa rem gestam. Essentia igitur melius, ut in sole & in cæteris: ita & in deo, ut facit Augustinus

nus qui ait unam essentiam dei:tres personas:quas
græci tum πρόσωπα tum ὑποσάρτες id est personas uel
iubstantias. Prisci tres naturas dicebant:nullo ho-
rum nominum satis ad rem ipsam indicādum sup-
petente:ut etiam idem testatur: quemadmodum
cicimus deo:tu solus sanctus:tu solus dominus:nū
quid solus homo,est sanctus & dominus:quasi de-
us homo sit:an tu deus solus es sanctus : quasi sint
aliq dij:& apud Mosen: Is qui est misit me:& apud
Ioannem tres sunt qui testimonium dant in cælo:
pater, uerbum,& spiritus sanctus:& hi tres unum
sunt. Nōne dicitur is homo,& hi tres quasi hi tres
homines:quia tres hi dici nequeunt: ergo cum in
rebus diuinis deficiant apta uerba, accommodam⁹
ea quæ possumus:& deum comparamus rebus ab
illo creatis:dicente Paulo. Inuisibilia dei, à creatu-
ra mundi, per ea quæ uisibilia sunt intellecta con-
spiciuntur:quo fit ut deo solem similem dicamus,
non solem similem animar, quæ ad imaginem &
similitudinem facta est. In sole inest,sive propri-
etas , sive qualitas dicenda est , uibratus potentia:
& ut sic dicam uita ipsa: soli inest lux,quæ in uibra-
tu gignitur,& quasi paritur:inest ardor,qui illinc
emanat & spirat:idem dico de omni igne. Itaq; nō
dicam uibratum illum & uitam solis,similem pa-
tri esse, lucem similem filio,ardorem similem spiri-
tui sancto:sive patrem esse diuinam potentiam,si-
lium diuinam sapientiam,spiritum sanctum diui-
nam charitatem:sed adiungam essentiam cōpara-
boq; patri quidem,ut iterum dicam non potenti-
am uitamq; solis, sed solem potentem uiuumq;: si-
lio autem non lucem solarem, sed solem lucidum.

Spi

Spiritu uero sancto non solis ardorem, sed solem
ardentem eritque pater deus, potens & uiuus: erit fi-
lius deus, sapiens: erit spiritus sanctus deus, amas.
Vnde constat quod pater sit unus deus, cum dicatur
ter deus: Et quomodo deus genuit deum quasi al-
terum apud prava iudicia deum? Nam & si pater
æterne generat lucem, non tamen generat essenti-
am, quæ una est ipsi cum filio & spiritui sancto co-
munis: Et hinc est, cum græci dixerunt (ni fallor)
tres ^{υποστάσεις} quia intelligebant ultra illas tres,
si ita dicendum est, proprietates patris & filii & spi-
ritus sancti, subesse quiddam substancialiter: quod ego
appello essentiam, si modo ita est appellanda. Et
aliquid est in rebus essentia, quam isti uocant ma-
teriam: quam si quis negarit subesse, equidem huic
probare non possim (quod si ita est) ut non sit id
aliud, quam potentia, lux ardor: Ita & deus pater,
erit potentia qui generat deum, lucem spirans de-
um, charitatem qui est spiritus sanctus: haec haec
nus. Quæ ideo attigi, ne cui facultas cauillandi in
his uocabulis: substantia, essentia, materia proba-
retur, præsertim cum deo loquimur. Nam cetera
posterior exequemur: nunc quid ipse deo Deus.
sentiat Aristoteles audiamus, in undecimo philo-
sophiae dicit. Φραγμὴ δὲ τὸν θεὸν σῶμα ἔναι τὸν οὐρανὸν ἀπίστοι.
quod congruit cum illo Porphyriano: Genus ani-
mal continet deum & hominem. Animal autem est
corpus animatum: quod autem corpus dei? nempe
caelum: quod iste unum vult esse. Cum astronimi
iam repererint aliud, illo Aristotelico deo maius,
quam nonam sphaeram uocant: uerba eius in codice
libro haec sunt: ὅτις ὁ πατέρας οὐτε πόπος & iterum ἐτις ἄνω

δύραντος μόνον. Et ne socia quasi uxore deo careret, inquit, deus & natura nihil frustra faciunt: quem sequutus Ouidius inquit:

Hanc deus & melior litem natura diremit.

Quid sibi uult ista natura quasi & ipsa dea: quanquam dicat nonnunquam non omnia posse naturam efficere quae uult: ergo nec deum: quod piaculum est. Credo, appellabant naturam uim ipsum & proprietatem & qualitatem mundani corporis: eoque ueteres mundum ipsum dicebant rerum esse naturam. Mundum Pythagoras ab ornatu primus appellauit cosmō: quem ab ipsis putari animal, hinc constat: quod hominem micron cosmon: sicut illū macron cosmon appellant: & quemadmodum homo, ita & cælū siue deus, sit animal: & ne quis me min⁹ belle intelligere uerba Aristotelis causetur, audiat Plutarchum qui ita in libris quos inscripsit de placitis philosophorum inquit: Αριστοτέλης τῷ μὲν ἀγωτάτῳ θεῷ, οἱ Διὸς χωρίσθι επιβεβικότα τῇ σφαιρᾳ τῷ παντὶ, ἡπις ἐσὶν αἰθέριοι σῶμα, ἢ πέμπτον ὑπὸ αὐτῷ οὐλούμενον θυμημάτινον δὲ τοῦτο κατὰ σφαιρας, τῇ μὲν Φύσῃ συναφῆσ, τῷ λότῳ δὲ κεχωρισμένασ: εκάστη διται τῷροφάρων [ῶρα] ἀνα σύνθετη ἐκ σῶματος καὶ τυχῆς ὅμοι μὲν σῶμά τεσιν αἰθέριοι, κινούμενοι κικλοφορικῶς. οὐ τυχὴ δὲ λόγος ἀκίνητος, οὐ πάντας κινήσως κατενέργειαν. Monstrum hoc nō deus est: qui cum sit unum animal, tamen ex multis quoque minoribus animalibus cōstet, id est, ex septē sphæris: imo spyrīs. Nam serpens, ille mihi uidetur, quam hydram uocabant: quae cum esset animal unum, tamen septem in se capita: quae totidem animæ & totidem animalia erant, habebat. Verum hic deus si mundū non fecit, quia mundus semper cum ipso fuit: quid tandem

Mundus

Cosmos

Hydra

tandem fecit: si mundus semper fuit, ergo & homines, & bruta: & arbores, & herbæ initio carent: & ipsa cum deo æterna sunt: quæ si initium suum deo non debent, profecto nec continuationem. Quāquam quod ex semine & aliunde nascitur subinde qua ratio e potest carere principio? tacco quod bestias & lapides & puluerē, dei partem fatetur: cum sint ista pars mundi. At ego non modo hæc primordium habuisse intelligo, sed etiam ipsum mundum: uel ob hoc quod homines nō ita multis saeculis extissè cōstat ex artib⁹, pene intra duo aut tria milia annorum finuentis: si infinitis saeculis homines fuere, cur nulla tot artium uestigia extant? tribus ante Homerum annorum milibus: si homines non fuerunt, quid nō? non dico bestiae & arbores, sed mundus ipse non fuit? Quis enim tam cœcus animi, tam inops mentis, non intelligat propter nos illum fuisse generatum? Quid sibi uellet illa cœli sphæraç⁹ rotatio? (si sphærae ullæ dicendæ sunt) fileo poetarum testimonia. quæ de chao, de generatione hominis, de diluvio, de alijs plurimis quasi per manus tradita illi memoriae mandauere: certe Pythagoras & Stoici mundū à deo factum uolunt: & propter homines factum. Ergo nō animatum, ergo non insertas sphæris mentes quas græci ^{τοῦς} dicunt, quas latini recentes ab intelligentiis ipsos citari uolunt: scilicet totidem angelos illis à deo assidere iussas: quasi Aristoteles sentiat ullos spiritus, aut ullas animas esse sine corpore, qui deos facit corpora animata: siue illos quos dixi: si uel alios: nam Iouem, Apollinem, Mercuriū, Herculem

Dēmon.

Contēpla-
ti.Arist. aīa
mortalis

cūlēm, Iūnonēm, Mineruām, Venerēm: ac cāteros
 quos uulgas colebat, apud Aristotelēm reperio de
 os esse: ut mille appetet in locis: quorum unus est
 in magnis moralibus. Amoris qui est erga dēū nō
 admittitur redamatio neq; omnino amare. Inde
 cēs enim fuerit si quis dicat amare Iouēm. Trāteo
 quod deos à dāemonib; dāemonijs' ue nō separat.
 quod & Homerus fecit & alijs pōetæ: ut in quarto
 ethicorum: Veluti circa deos quæ dedicātur et ap-
 paratus & sacrificia, itemq; circa omne dāemoniū
 ut in octauo. Vñ cum dāemon bene tribuerit: quid
 opus est amicis: in Politicis quoq; non semel pro-
 dijs dāemonia accipit: certe non alijs quām quos
 ego modo nūcupauī: & his cum demat actionem,
 tamen tribuit cōtemplationem: quasi contempla-
 ri nonsit agere & contemplatiō actio: ignarus idē
 esse contemplari quod considerare & inquirere:
 quod in homines cadit non in deum. Id fecit, ut stu-
 dijs suis contemplationis compararet autoritatē:
 ita dum homines similes dijs efficere uult, deos fe-
 cit similes hominibus. Quid ille magnus deus: nil
 aliud nisi contēplat: nihil neq; habet ipse negotijs,
 neq; alteri exhibet: nihil nobis neq; prodest: neq;
 obest: non modo uiuentibus, sed etiā uita defun-
 ctis: Quæ ergo pieras: quæ religio: quæ sancti: as:
 quæ post hanc uitam aut uirtutum remuneratio:
 aut uitiorū pœna: nihil hæc ad Aristotelicū deum:
 sed neq; apud Aristotelē ullæ sunt post obitū cor-
 poris aīæ: meli⁹ igit Thales & Pythagoras, & Pla-
 to & Stoici q; aīas post exitū uoluerūt. Sed à deo
 nos ad aīam descēdamus: de q; nunc (his paucis de
 deo sufficientibus) disscrendum est.

DE

De anima.

CAPVT NONVM.



Vum omnium opiniones confutat Aristoteles ut ineptas, ipse omnium penitens sensit ineptissime: uel ob hoc quod animam dat arboribus, & herbis: in q̄ uerecundius poetæ, quibus summa loquendi licentia est, facere uidentur: quod arborib⁹ & plantis (quas uiuere dicunt) inesse spiritus uolunt: & esse arborum deas quæ uocētur Hamadryades quod una cum arboribus & orientur & pereant. Quid enim attinet separare animalia & corpora animata, quod nemo sophistarum unquam fecit. Animal siue animans uocatur quia animam habet: inanimatum uero, quod non est animal siue animans: hæc autem nihil aliud sunt quam animalium: & ea nihil aliud quam hæc. Nam eruditii omnes latini contraria constituunt animalia, & in anima. In anima, an dicantur, nihil putant interese. Quid q̄ plane animalia plantas appellauit: ut in libris de generatione animalium: an quia à uiuendo σωψάντος σημ dicitur, non ab anima? ideo γένεσις potest uideri non sine aliquaratione potuisse dare uitam illis quæ quodam modo uiuere uiderentur & mori minime. Primum quia nemo quod sci am ante cum uocauit plantas animalia: deinde nō quia uidentur quodammodo uiuere fuerūt appellantæ animalia: sed è contrario, quia animalia nō sunt, ideo nec uiuere erant dicendæ. Postremo, qđ hæc eius animalia nihil animi habent. Verius Ep̄ curei & Stoici qui animata & id est ζυγόντα esse negauerunt: quia nihil appetitus, nihil animi, nihil rationis

Anima q-
bus insit.

Animal.

Animus.

rationis obtinerent. Animum appello $\alpha\muον$ non illum quem Iuuenalis solis hominibus dat. Nam Cicero plerumq; animum pro anima ponit: & cū tria appellat bona animi, corporis, & externa, ani mi dixit pro animæ. sic enim dicitur græce $\tauυχης$ Quanquā non miror Aristotelem dedisse animā herbis, quæ cum ipsa illarum uita extinguitur: cū talem faciat ex parte animam hominis. Nam eam ex duobus tanquam frustis conglutinat, irrationali & rationali: & illam quidem gigni & interire, hanc uero nunquam nec genitam nec corruptibilem: illam ē potentia seminis creari, hanc diuinā esse. Quod si compacta ex partibus est, & (ut dixi) ex frustis tanq; ex testa & ære, simile profecto erit quiddā statuæ, q; Nabuchodonozor in primis oblatā ē: uerba eius hæc sunt in libris de repub. diuidūtur autem duæ partes animæ quæ una habet rationē per se: altera uero non habet quidē per se: sed ratiōi obedire pōt. Et iterū. Quoniā ex disparibus ciuitas, sicut animal ex anima & corpore: & anima ex ratione, & appetitu: domusq; ex uiro et ux ore: & possessio ex domino & seruo: hoc quoq; Eo etius testat in Musica inquiens. Quid est autem aliud quod ipsius inter se partes animæ iungat: quæ (ut Aristoteli placet) et rōnabili et irrōnabili coniuncta est: et ne putas hoc esse duas animæ proprietates, facit alterū altero prius: ut in eiisdem de repub. libris: quēadmodum anima et corpus duo sunt, sic et animæ uidemus duas partes, alteram irrationalem, alteram rationalem habentem: et habitus corū duos numero, quorū hic quidem est appetitus, ille uero mens ut autem prius est corpus genera

Anima

generatione animæ, ita quod nō habet rationem,
eo quod habet: quod manifestum est in pueris in q
bus ira, id est ~~timor~~ et uoluntas, nec nō concupiscē
tia statim creatis inest: ratio uero id est, ~~timor~~ et uoluntas
et mens, sufficientibus ætate, naturaliter ingenera
tur ~~accidens~~ Ideoq; alteram perire uult: al
teram non perire. Siquidem ita inquit in libris de
anima. Quod si anima quidem non est separabi
lis à corpore, nec aliquæ eius partes. Si separabilis
suapte natura est, non est dubium & mox sensum
& imaginationem & appetitum. Vbicungq; enim
sensus, & molestia, & uolupras: ubi autem hæc, ex
necessitate concupiscentia. De mente autē & con
templatiua & potentia, nondum liquet: sed uide
tur animæ alterum genus esse, & hoc contigit se
parari, quemadmodum sempiternum à corrupti
bili. Cæteras uero partes animæ, palam est ex his
non esse separabiles (quemadmodum quidam a
iunt) ratione autem diuersas esse manifestum est.
Et quid ni faceret partem illam, quam ait animæ
partem, & ut corruptibilem à sempiterna separa
ri: quanq; gigni è corpore ipso uult in libris de
generatione animalium inquiens. Est autem corpus
quidem ex fœmina: anima uero ex masculo. Nam
aīa corporis alicuius usia, est & iterū. Si igit̄ mas,
est huiusmodi animæ effectuum. Et in libris de a
nima. Cum autem tribus modis dicatur usia, sicut
diximus: quorū unus quidē species: alter materia:
tertius autem, ex ambobus: horum materia quidē
potētia: species autem entelechia: quoniam quod
ex his, id animatū. Non est corpus entelechia ani
mæ, sed ipsa, corporis alicuius; & propterea bene
opinan

43 LAVREN. VALLAE. DIALE.

opinantur, quibus uidetur neq; sine corpore esse, neq; corpus aliquod, anima. Nam corpus quidem non est, sed aliquid corporis. Et alibi. Dicimus autem genus unum entium usiam: huius porro hoc qdem, ut materiam: quod secundum se non est: hoc aliquid: illud uero formam & speciem, secundum quam iam dicimus hoc aliquid: & tertium, quod ex his. Est autem materia potentia: species autem, entelechia: & hoc bifariam. Alterum quidem ut peritia: alterum uero, ut contemplari. Verum usiæ potissimum uidentur esse corpora: & ex his naturalia. Hæc enim aliorum principia. Naturalium autem, quædam habent uitam, quædam nō habent: uitam autem dicimus per se nutricionem & incrementum & corruptionem: Itaq; omne corpus naturale particeps uitæ, usia sit: usia autem sic ut composita. Quoniam est corpus huiusmodi, id est, uitam habens: Non utiq; corpus, erit anima. Nam non eorum quæ sunt in subiecto est corpus: sed potius ut subiectum & materia. Necessarium igitur est animam usiam esse, ut speciem corporis naturalis potentia uitam habentis. Et paulo post: Propter quod non oportet quererere: an unum anima & corpus: sicuti neq; ceram & figuram: neque omnino materiam cuiusq; & id cuius est materia. Quis non uidet propter has uerborum sensuumq; ambages, Aristotelem stultissime sentire de anima: quem animæ defunctorum (quæ nunnullis uel aspectu, uel uoce se exhibuerunt) admonere poterant: nec interire, nec gigni ex corpore, nec carere affectibus, aut ex duabus partibus atq; naturis compactam esse animam. Nam illa pars rationalis: an

fit

Anima.

fit pars dei, an uiuat defuncto corpore, quid dicat non intelligo. Si enim omne genitum interit siue corrūpitur ut ipse ait: ergo aut interit anima, aut genita non est, quorum utrumque est falsum: Plutar-chus inquit Aristotelem & Dicæarchum, immor-talem quidem esse animam, non sentire: sed tamen diuinitatis cuiusdam participē. An diuinum illud, ait rationem, qua dicimur à bestijs differre: de quo etiam disputemus: esto diuinum hoc sit, id tamen cum bestijs Aristoteles facit esse commune: inqui-ens in libris de animalibus. Non enim habet aliqđ diuinum sicuti genus apium: atqđ id diuinum esse rationem aperit in libris de membris animalium: ubi uult apem & quædam alia habere prudētiā & esse alijs quibusdam prudētiora quin etiam for-titudinem siue ut uerbum ē uerbo transferam ui-ritatem, id est, ^{avdīps. i. c.} Alijs tamen plurimis in locis negat bestias præditas esse rōne: coqđ oēs dicunt hominem esse animal rationale mortale: bestiam animal irrationalē mortale. Sed qui de hoc disputauerunt, nullam solidam attulere ratio-nem. Si memoriam & uoluntatem bruta non ha-bent cur non & rationem: quæ media illarum est: Memoria prima uis animæ est, seu prima poten-tia quæ à retinendo appellata, cum eadem sit quæ capiat ut manus quæ capit quippiā eadem tenet, & pene in capiendo tenet. Neqđ enim alia uis ani-mæ uis est in tenendo, qđ in capiendo. Vñ Quinti-lianus ingenij (inquit) signum in pueris præcipua memoria ē: eius duplex uirtus, facile percipere & fideliter continere. Et multa sunt tam græca quæ latina exempla ubi tene significat ac cape. Proxi-d ma

Bruta nō
habere ra
tionē

Memoria

50 LAVREN. VAL. DIALECT.

ma uis animæ, est ratio: cuius mun^o est, res memoria perceptas & retētas examinare, & quasi de his ferre sententiam. Tertia uis, quæ nisi memoria teneat & ratio iudicauerit, officio suo uacat: hæc dicitur uoluntas quasi semper uelit, quæ aliquando etiam non uult: eius officium est amare uel odiare: ergo nō potest in brutis sequi uoluntas, nisi ante cesserit iudicatio. Verum isti ad uocabulorum refungiunt uersutias, aiuntq; non rationem hoc esse, sed instinctus instinctum: quasi non etiam negent bestias remissi & uelle. Instinctus in hominibus quoq; est & ex se de illa tertia emanat. Itaq; cū instinctū dant, uoluntatis impetum dant non rationem auferūt. Nam ridiculum est quod Aristoteles dicit inanima bruta, & pueros carere electione, quod uidelicet ratione careant: quasi idem sit inanimatum quod brutum & puer: an si puer nondum perfectā rationem, continuo & nullam habet: & si non semper eligere bene scit, protin^o nihil bene eligit: certe pueros quosdam uidemus, diuinitate quadam mētis ita præditos, ut in quibusdam multorum uirorum iudicia transcēdant: de quibus ita ait Quintilianus: Modo nulla uidetur ætas tam infirma, quæ non protinus, quid rectum prauumq; sit, discat: Idem cum Chrysippo uult & ante triennium illos optimis imbui morib^o: At Aristoteles ne adulentes quidem, uult percipiendis moribus esse idoneos: Quid de pueris, si habent electionem: cū & in uenando & in itinere faciendo, nonnunquā etiam canis & equus melius iter ingreditur, quam uenator & sessor. Et adultæ omnes bestiæ uix unquam nisi ē sua re & ē suo usu eligunt, quæ si bene eligunt

LIBER PRIMVS.

57

eligunt, profecto id non sine ratione faciunt : habent itaq; bestiæ, sicut nos memoriam, rationem, & uoluntatem, quia & animam habent, & ut nos animalia sunt: unde legimus deum fecisse & hominem & bestiam in animam uiuentem. Alia nos differimus ab illis quod deus inspirauit in nos spiraculum uitæ, id est, æternitatē : Et ut corpus Adā suis (ut sic dicam manibus) formauit: ita ore suo inspirauit animam: ex quo cælum, aīo & corpe ereti & sublimes intuemur, quo nobis tendendū est: non solū aīa: sed etiam corpe: quod deus ipse peculiarius, quām brutor; corpora fabricatus est: & sicut hi terreni ignes simillimi sunt illis cælestibus, ita brutor; aīa nostri: quia illæ, ut lumina candelarum extinguntur: nīræ ut sidera ppetuo uigent. Quamobrē? quia ad æternitatem nati sumus: ideo tēterna atq; cælestia intelligimus. Ideo plurimum capaces sumus: plura et maiora optamus. Plura cōcupiscimus, plura timemus, pluribus gaudem⁹ dōlemusq;. Neq; enim Aristoteles solus aliquādo bruti ratiōem tribuit, sed etiam alijs quorum sunt (ut græcos omittā). Cicero Quintilianusq;. Nam ille in libris de natura deorū inquit.⁴⁾ Nihil inquis est mō melius in reꝝ natura, ne in terris quidem urbe nostra. Num igit̄ in urbe esse cogitationem, ratio nē, mentē putas: aut qm̄ non sit, num idcirco existim̄as formicam esse anteponendam huic pulcherri mæ urbi, quod in urbe sit sensus nullus: in formica non modo sensus sed etiam mens ratio, memoria? Hic in secundo sic ait: Sermonem magis deesse cæteris animalibus, quām intellectum. Et cogitationem quandam uidemus: Nam & moliri cubilia,

Bruta rati
onem ha-
bere.

LAVREN. VALLAE DIALE.

& nidos texere, & educare fœtus & excludere, quæ etiam reponere in hyemem alimenta, opera quædam inimitabilia, qualia sunt cerarum & melis efficere non nullius rationis est: sed quia car-

erent sermone, quæ id faciunt, muta atq; irrationalia uocantur, græci uno uocabulo dicunt ἀλογα

λόγον quia uno nomine dicunt & orationem & rationē

λόγον qua de re libet mihi suspicari, bruta fuisse uo-

cata ab initio ἀλογα quia carerent oratione: postea

propter ambiguitatem uerbi, à captiosis philosophis adiectum etiam ἀλογα dici, quia carerent rati-

one: Nam & λόγος prius orationem siue sermonē

significauit quā rationem: quod nisi nollem esse p-

lixius, plurimis testimonij confirmarem: haec igit̄

tres potestates animæ siue humanæ siue beluinæ,

in corpore (cui agglutinata est anima) suam ima-

ginem transfundunt: Si quidem ex prima potesta-

te siue ui, corpus animatum habet vires, unde &

motum: ex altera solerter illam humorum ac cæ-

terorum distributionem: à tertia calorem. Ideoq;

cor, ubi est animæ sedes, magis quam cætera moue-

tur. Et ab eo, omnis in corpore effectus profici-

tur, & magis calet: Imo cætera membra & mouet

& calefacit, ut sol in sua sede manet ac uibras, uni-

uersum mundum fulgore suo & calore perfundit.

Neq; uero qd cor mouetur, ideo dixerim moueri

Terminus animam: neq; tamen ut Capitolinum Terminus

quem deum fuisse dicebant immobilem ac torpi-

dum esse. Anima enim quid sit nisi per speculum in

ænigmate (ut ait Paulus) cū non intelligamus: qd

dicat illam moueri aut quiescere: quod est rerum

quæ sub sensu corporis ueniunt. Sed non idcirco

negaue-

negauerim eam irasci: quod negat Aristoteles, inquiens si quis dicat animam irasci, perinde est ac si dicat illam texere, aut struere: ineptissima comparatio quasi irasci fiat corpore, ut texere aut struere. Exdem animæ potentia in sensibus ipsis omnes cognoscuntur: nam in uisu, auditu, gustu, odoratu, tactu, prima uis est obiecta capiendi: secunda de his iudicandi: tertia ex eisdem uel uoluptatem, uel molestiam capiendi. Nullus enim est, quem uocat communem sensum. Essent alia quædam de his etiam dicenda: sed ea in materia qualitatis aut actionis recijsimus. Pergamus dicere de eisdem animæ potentia: ut aliqua de uirtute et moribus disputeremus: et si haec in libro de uero bono tractauimus, non ramen hic otiosa erunt. In membris quidem haec potentia quasi eminus aspiciunt, in sensibus autem cominus, in hac uero de qua loquemur materia sapientiae & uirtutis quasi in semetipsam intuetur.

De uirtutibus.

CAPVT DECIMVM.

Igitur in prioribus animæ potentia: memoria & ratione, insunt discipline atque artes omnes: siue illa noticia siue opinione nitanatur: Nam omnes uersantur in uero falso: cognoscendo, in his omnis deliberatio, de futuris: consilium: in his omnis inuentio, in his ea quæ una numeratur & eadem prima, quatuor uirtutum, ideo dicta prudētia: quod unusquisque in aliquo excellens artificio dicebatur prudens atque etiā Sapientia sapiens: Ideoque sapientia dicta est filia usus & memorie: & qui multi experti erant & eorum memo-

res, uocabantur sapientes: quales iurisconsulti qui
 dicti sunt prudentes & septem illi cū alijs multis
 qui cognoscabantur sapientes. In ultima potentia
 animæ sunt affectus cupiditasq; timor de futuro,
 de præsenti uoluptas, & molestia: tametsi in cupi-
 ditate non nihil est uoluptatis, & in timore multū
 molestiæ: Etiam in præteritis inest & delectatio,
 & molestia, cum illorum recordamur: spes ad fu-
 turum pertinet est que affectus iucundus, sed ra-
 tione admixta: sicut desperatio ē diuerso. Itaque
 ex illis (quas dixi) quatuor virtutibus quas Plato
 uidetur à Persis præceptoribus accepisse: tres reli-
 quæ, in ultima animæ potentia sunt nihil aliud
 quā affectus: si enī affectus ducem rationem sequi-
 tur, uirtutes sunt: si minus, uitia. ex quo nihil bene-
 fieri, aut male dicendū est, nisi affectū: nihilq; aliud
 aut laudem meretur aut uituperationem quā affe-
 ctus. Non enim scientia iuris uirtus est, sed iustitia
 Neq; cogitationem diuinarum rerum & humana-
 rum quidē sibi philosophia tm uendicat: sed ex pce
 ptis sapientiæ uiuere: neq; scire bonum laus est, sed
 uelle: nec malum scire sed nolle: neq; rursus dedec^o
 scire bonum aut scire malum: sed id nolle hoc uelle:
 nisi forte noluerit scire, aut ira, aut odio, aut solici-
 tudine, aut ignauia impeditus atq; corruptus. Ta-
 lia namq; aciem mētis obtundunt, & hebetant. Ea-
 q; ppter dicitur amor cæcus, ira, auaritia, spes, in-
 uidia cæca: quod uidelicet cæcet intellectum: nec
 animus quæ proprie est uoluntas, male affectus: sed
 etiam male affectum perturbat ingenium. Nam
 dolor capitis lassitudo membrorū, ebrietas: sopor:
 officiunt intellectui. Et idcirco errant qui intelle-
 ctum

Affectus.

Etum uoluntatis dominum imperatoremq; consti-
tuunt. Aufim dicere nec doctorē quidē illū esse uo-
luntatis: non docetur uoluntas, sed ingenium sei-
psum labore suo docet adiutrice memoria: utque
hoc, ducem memoriam, ita ipsum uoluntas ducem
habet: una eadem' que anima tum capit & tenet,
tum inquirit & iudicat, tum amat aut odit: nec si-
bi ipsamet imperat, neque una in parte domina ē,
in alia ancilla. Quod si posset imperare ratio uo-
luntati, nunquam profecto uoluntas peccaret: er-
go quod peccat ipsius culpa est, quod sibi non im-
perauit ut meliora uellet: quæ sola (ut dicebā) uir-
tus est: nam prudentia quæ in intellectu est uirtus
non erit. Quod Cicero confitetur in officijs inqui-
ens. Prudentia sine iustitia nil ualet ad faciendam
fidem. Quo enim uersutior quis & callidior, hoc
inuisor & suspectior detracta opinione probita-
tis Quasi diceret prudentiam sine iustitia malitiā
esse: quanquam malitia significat scientiam admix-
ta iustitia uti ipsa uox indicat: quo nomine sum-
mi quiue autores sunt usi etiam pro mala uo-
luntate, Plautus, Sallustius, Liuius, Cicero, Se-
neca, Quintilianus & alij plurimi: ut duæ res sunt
scientia & mala uoluntas: quarum una quæ est iu-
stitia, uituperanda est. Altera quæ cum pru-
dentia communis in meditullio posita est, quam
licet uocemus solertiam, per se nec bona, nec
mala: ut dolus qui cum alibi, tum in iure ciuili
dicitur bonus & malus: ut etiam in medicina
pharmacum seu uenenum, malum & bonum:
hinc est quod serpeus narratur fuisse prudenti-
or cunctis animalibus, cum de calliditate &

d 4 uersu

Dolus ba-
nus
Pharma-
cum.

56 LAVREN. VAL DIALECT.

uersutia eius ageretur: & uillicus iniuitatis prudēter fecisse memoratur cum malitiose fecisset: & prudētores esse filii lucis, filii tenebrarum in generatione sua. Et apud Hieremiam & Paulum, sapientes sunt ut faciant mala. Et apud Iuuénalem:

Quid quod adulandi gens prudētissima laudat:
Sermonem indocti faciem deformis amici.

Dixi in uoluntate uirtutē, potius quam uel in actione: quia actionem ob uoluntatem aut laudamus aut uituperamus: & uoluntas citra actionem laudabilis uituperabilisq; est: Vel in habitu quia prudentia doctrinæq; & artes ex habitu constant: que ut lente diuq; percipiuntur, ita difficile ex habitu quasi ē domo & possessione pelluntur: Virtus quæ affectu cōstat, celeriter acquirit: celeriterq; amittitur: quemadmodum & uitium nec mediocre tantum, sed etiam maximū. Siquidem Polemon audi-

Virtus ex
habitu

Polemon.

to Xenocrate, unam intra horam omnem incontinentiam exuit: effectusq; est continentissimus: & Iatro in cruce pendens uno horæ momento factus est optimus. Infinita sunt huiusmodi exempla. Nā procul à uero est, quod ait super Aristotelis prædicamenta Boetius: Qui semel iuste fecit eū non esse iustū, neq; qui semel adulteriū fecit eū non esse adulterum: sed cum ista uoluntas cogitatioq; permanerit. Cur non addebat si qua uirgo fuit unum diem in lupanari, eam nō definere uirginem esse, si non perceuerauerit in prostando: an qui cædem fecit non erit homicida? Vel si centum uno die homines occiderit si non perceuerauerit deinceps in cæde perpetrandā nec cædis accusari poterit? O preclarum legum cōditorem, O reipublicæ atq; priua

priuatæ elegantem morum institutorem: quæ ci-
uitas hanc ferret absurditatem: non esse adulterū
qui semel adulterauit. Scires tu siue Boeti siue Ari-
stoteles si domi tuæ adulteriū admitteretur. Tur-
pius est hoc quām quod alibi tibi placet Aristote-
les ut robusti nascantur filij ne'ue sint parentibus
pene fratres: ne ducamus uxores nisi sex & trigin-
ta annos nati. Quæ barbara natio hominē: qui ui-
rum occiderit, si non perseveret occidere alios, ha-
beat pro innocentē: qui filuestres ac agrestes &
filuatici homines putarent uirginem adhuc esse: q̄
uno demum die sit tacta à uiris & fortassis imple-
ta ergo hac ratione & mater & meretrix poterit
esse virgo. Qualem facit pasiphaen Vergilius inq-
ens: Ali uirgo infelix: quod si est absurdissimū di-
ctu: fateamur ex uno actu summum uitium, & ex
uno actu summam uirtutem esse posse: ergo non
opus. Neq; uero inficias eo, confirmari roborariq;
usu uirtutem ac uitium. Nam & scientiæ & artes
confirmant usu roboranturq;: sicut aliud ē acquiri
scientiam, aliud confirmari, sic aliud est acquiri uir-
tutem aliud confirmari. Neq; enim uno die si sum
indoctus possum fieri doctissimus, ut possum uno
die ex tenacissimo fieri largissimus: etenim doctrinæ
per gradus certos paulatim acquiruntur, & ue-
lut ascendunt: uirtutes etiam sine gradibus impe-
tu quodam & ut sic dicam uolatu adiri non pos-
sunt. Cōmodiusq; per gradus loquimur, quām qd'
Aristoteles fecit per dispositionem & habitum: cū
uix discerni hæc duo inter se possint, & inter dispo-
sitionem primam & ultimam. Itemq; inter primū
habitum sciētiæ & ultimū, si quis ultimus est dicē-
d 5 dus

dus multi & pene infiniti sint gradus: & prima dispositio sit aliquis habitus, & ipse quantuscunq; habitus ad ulteriores dispositioes: ita omnia confusa erunt. Cōmodius igitur (ut dixi) est agere per gradus: per quos retro ad ignorantiam descendimus: virtutibus etiā non gradatim in imū corruere possumus: quia non ita infestatur scientia ab inscitia, ut uirtus à uitio. Qm̄ uirtus austera est, uitiū plærunq; blandum. Continentiā enim oppugnat libido: largitatē tenacitas, abstinentiā auaritia, fortitudinem ignauia, patientiam ulciscēdi auditas. Cur nō oppono plura singulis uirtutibus uitia, ut fecit Aristoteles qui largitatē à duobus uoluit op pugnari tenacitate siue auaritia, & pdigalitate: fortitudinē ab ignauia & temeritate: quæ sunt bi na extrema & singulorum mediorum quæ appellat parum & nimium. Ego ut de hoc iam disputerem, animaduerto dolosa esse ista tria nomina nimium, parum, medium: etenim nimium nomine est uitij ex tremitatis: cur nō dicebas plurimum uel summū? parum nunc quo: uitium significat nunc minime: nam cum significat paulum, uitio caret, ut affer parum aquæ: & idcirco idem ualent parūper & paūisper, ut per modicū tempus: at cum dico parum attulisti aquæ ut dixit ille apud Quintilianum pyrata, parum attulisti senex, uitium significat. Quod Aristoteles fatetur cum hæc appellat excessum & defectum. Medium uero inter duo extrema, non unum, nec simplex quiddam est, ut inter unum & centum. Ita nō duo extrema, singulis medijs opponentur, sed plurimis: & sane plurima sunt media. Et de extremo ad extremum, hoc est de imo ad

ad summum, plus spatij est quā quod occupant ipsa extrema. Nec video cur potius media seu mediū laudabile sit, quām extrema aut aliquid extremo rū. An non est parū uitiū, & medium, & summū, cur non uirtus sit & parua & summa sicut & media? Vides ut in medio posui iudicium: ut etiam de us posuit inquies: aut calidus aut frigidus esses sed quia tepidus es incipiam te ejcere de ore meo.

Mihi certe uidetur pulchriores Germani, qui sunt incandidissimi, & Aethiopes qui sunt nigerrimi, q̄ ægyptij qui sunt atri seu fuscī: quasi ex utrisq; mix ti. Quid? nōne summe formosus atq; omnium formosissimus, summe doctus, summa uirtute præditus, præponendus mediocriter formoso, mediocri ter docto, mediocri uirtute prædicto? At non est istud excessus inquies: quid ergo mediocritas? quo modo mediocritas erit, id qd nullus excessus transcendere queat, non modo in formositate (quām ut nimiam, accusare dementis sit) sed etiam in scien-
tia atq; uirtute. Omittam nunc de scientia loqui dicam de uirtute. An potest liberalitatem transcen-
dere prodigalitas: scilicet non tantum donare po-
tero iusta causa, quantum iniusta: aut fides, spes,
charitas excessum habent, & mediocres plus lau-
dis meretur quām extremæ & summæ: quæ si par-
ue sint, pœna potius quām aliqua mercede sunt di-
gnæ, Corruperunt igitur illi apud Terentium col-
loquutores sapientis ueteris sententiam, cū dixe-
runt. Quod pleriq; omnes faciunt adolescētuli: ut
aim ad aliquod studiū adiungāt: aut equos alere,
aut canes ad uenandū: aut ire ad philosophos horū
ille nihil ægregie p̄ter cætera studebat: & tñ hæc
omania

Mediocri-
tas.

60 LAVREN. VALLAE. DIALE.

omnia mediocriter. Gaudebam, non iniuria, nam
id arbitror in vita utile, ut nequid nimis. An ege-
gium esse in philosophia id uero nimis est: aut il-
lud erit laudabilius esse mediocrē in canibus cquis
ē; alendis: certe Aristoteles ipse noluit in philoso-
phia mediocris eē sed summus. At hoc nō fuit inq-
es uitium. Quod ergo(ut dixi) mediocre & idem
summum: quo pacto fieri potest, ut quod summū
est, idem medium sit mediocre sit: calumniae sunt
& inuolucra ista uerborum. Totum hoc intellectu
perpenditur ac bona uoluntate, non rei magnitu-
dine, paruitate, mediocritate. Obolum largiri pru-
denter ac bona mente laus est largitatis: mala ue-
ro mente laus est prodigalitatis: item, unum, duo,
tria, quatuor, decem, centum, mille, mille siue pau-
lum, plusculum multum, per multum, plurimum,
quamplurimum: & quod nihil est ultra etiam to-
tum tam bene largiri quam male possumus: neque
uero cum duo uitia sint in parum & nimium do-
nando, una erit uirtus in mediocriter dando. Nam
ista ratione tres faciam uirtutes: unam in medio-
criter alteram in paulum: tertiam in multum do-
nando. Sed hæc(ut dixi) non paruitate, magnitu-
dine, mediocritate penduntur: ista enim res distan-
tiā inter opera uitij, & inter opera uirtutis facit:
non ipsam uirtutem ipsumē uitium. Iam non si-
cut non eiusdem uitij est parum dare & nimii, ita
nec eiusdem uirtutis non est & dare, siue non plus
dare & satis: Quæ, Aristoteles nescio qua prauita-
te, confundit: qui cum passim rerum sectatur argu-
tias mihi minime uidetur argutus: qui uoluit lar-
gitatem in non largiendo, atq; ut accederet impu-
dentiae

LIBER PRIMVS.

dentiæ cumulus esse eam etiam in capiendo & ita
in similibus. Quis ita procul abest à cœmuni intel-
lectu, quin intelligat ita demum uocari me largū
cum largior: uocatur autem largus in uirtute: qd^e
si male largior sum prodigus: si non largior nem-
pe ob tenacitatem seu dicere uolumus avaritiam:
quid nitemax seu avarus sim. tolle tenacitatē aua-
ritiam' ue nunquid non possum non dare cum uir-
tute quæ uocat parciras, siue parsimonia siue alio
nomine appellanda est: ue lut cum mimis: aut cir-
culatoribus: aut tubicinibus nolo largiri: ergo &
in dando & in nō dando est uirtus & uirtus: Quod
nec uulgas ignorat cum contenditur an sumptum
facere in ludos, sit largitas, an prodigalitas: & nol-
le ludos facere, sit modesti an miseri animi? Sunt
enim ut veteres testantur omnes proxima uirtutis
bus uitia, & ita hæc illis mentiuntur, ut stagnum
mentitur argentum: & orichalcum mentitur aur^g:
sic liberalitatem prodigalitas, sic parcitatem tena-
citas, sic fortitudinem temeritas, sic cautionē igna-
uia. Neq; enim (ut de hoc quoq; aliquid loquar) tā
tum est fortis qui opponit duob^o temerario &
ignauo: nam cautus propriæ ignauo oppōit: qd^e
si dicatur utriq; uitio uirtus fortitudo opponi, re-
percutiam & ipse istos eodem telo. Quippe teme-
ritas opposita est fortitudini & cautioni, & item
ignauia. Neq; nos mouet quod cautio species uide-
tur esse prudētiæ, qa & in oīni uirtute dux est pru-
dentia: & in cautione bona uoluntas agnoscitur.
Quinetiam illa Aristotelica parum & nimium &
medium, magis ad prudentiam spectant, quam
ad bonam uoluntatem: Et cautionem no modo ad
intelle

Largus

62 LARENTII VAL. DIALE.

intellectum pertinere, sed etiam ad uoluntatem, illud probat, quod etiam contrarium est temeritati. Quæ cum uirtus sit, si ponenda in medio erit, cō futabit Aristotelis orationem, qui uult maius uitium esse ignauiam temeritate: & auaritiam prodigalitate: quia magis distet à medio: ut pollex magis ab indice distar quam medius digitus. Nunc non magis distabit: ergo nec maius uitium erit. Cum eo quod in parcitate prodigalitas erit defectus, & auaritia excessus: Et in cautione, temeritas defectus, ignauia, excessus: siue in prodigalitate & temeritate peccabit parum, in auaritia & ignauia peccabit nimium. Et tamen nō video (ut de alijs taceam) cur sit maius uitium tenacitas, quam prodigalitas uel propter hoc, quod ideo tenaces sumus, ut prodigi esse possimus, id est ut patris abutamur diuinis, ad quem abusum auaritia tendit. Quanquam Aristoteles ut semper sui sit similis, prodigalitatē quam etiam in non dando esse statuit tenacitatem siue auaritiam facit mares foeminasq; omnes ut fons ille Salmacianus Androgynos reddens. Ita non bina quod ipse uult sed singula uitia erunt. Sed hæc satis ne in rebus inanib; reprehendēdis sim iusto longior: pergamus ad reliqua quatuor (quæ fiebant) uirtutibus, unam exclusit prudētiā: quæ est intelligentia boni & mali: Virtus (ut dicebam) est uoluntas siue amor boni, odium mali, hoc cum ita sit, sola charitas est uirtus. Nam fides est, credere deum omnipotentem omni sapientem omnia bona uolentem: & spes, eum in te forte ralem credere, intellectus est. At charitas quæ est deū amare, & ob deum amare hominem, id affectus est.

Hæc

Hæc autem cum in certamen vocatur dicitur fortitudo quæ sola est uirtus: quæq; proprio nomine tam græce ἀρετὴ quā latine uirtus appellatur: & prie illa quæ dicitur pax dei: quæ si nihil aliud est quām charitas, an est aliud fortitudo quām amor aut cæteræ, quæ uirtutes appellantur, aliud quām charitas? An nō modo martyrum dei, quales apostoli, qui accepto spiritu sancto (qui est charitas patris & filij) facti sunt ex ignauis fortissimi, sed quoruncunq; qui fortes existimantur fuisse, fortitudo aliud fuit, quām amor uel suorum, uel glorie, uel imperij, uel opum. Tolle hanc uoluntatem uehementem, qui dicitur amor, quis in laboribus periculisq; perstabit, ne dicam in vulneribus, tormentis, morte, quis hæc subire auderet? adeo mites ac timide fere pro fœtibus suis feroces efficiuntur, ut prope supra naturam fortes. Fortitudinem appello tam non emolliri prosperis, quām non frangi aduersis quod natura consequens est. Qui enim durat fertis profecto mollia respuit: & non minus est fortis animi, in blandientem, q; in minantem fortunam, agere uirum: nec huic nec illi succumbere. Quod Cicero (q; constanter, ipse uiderit) cum alibi, tum ibi fatebitur: ubi inquit, uita, mors, dinitiæ, paupertas, omnes homines uehementissime promouent: quæ q; in utrancq; partē excelso aīo magnocq; despiciunt fortes habent. De quo gñē iustitia est, q; uidetur esse ob id diuersa à fortitudine, qd hæc ad nosmetipos referat, iustitia ad alios: ut aliud sit ferre nos iniuriā, aliud iniuriam nō facere alijs: sed cur alijs iniuriam inferimus? aut illatam non propulsamus? Nempe nulla alia causa, nisi quod

quod aut frangimur duris ueluti laboribus, periculis, sumptibus, metu: aut iucundis emollimur, ut donis, ut promissis, ut spe, & quæ sunt id genus: quorum si nihil est inscitia imprudentiaq; est. Idem autor hoc & in eodem loco confitetur inquiens: nemmo enim iustus esse potest: qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timeret: aut ea quæ sunt his contraria, æquitari anteponit: & iterum, Iam illud nō sunt admonēdi: est em̄ in prōptu ut animaduertant cum iuuare alios uelint ne quos offendant: s̄pē enim aut eos lēdunt quos non debent: aut eos quos non expedit. Si imprudētes, negligentiæ est: si scientes, temeritatis. hæc dixi breuiter, quia nihil mihi uidet esse euidentius: & ideo ex infinitis sanctorum librorum exemplis uno deum ero cōtentus, dixit ad Cain: Quare iratus es, & cur concidit facies tua: nonne si bene egeris recipies, si autem male statim in foribus peccatum aderit: sed sub te erit appetitus eius & tu domina beris illius. Et iniuste egerat Cain, & iuste agere solebat, ut qui inuidet Abel fratri tanquam magis apud deum gratiose, abiecto & fracto animo erat: & id ignorantia boni: cum deus docet unam esse uirtutem, ostendens non debere frāgi animo: Et dominari, nō seruire appetui. Ergo dominari quodammodo sibimet, ea demum uirtus est: Ad qd agendum quanquam amore inducimur. tamē ipa potētia seu passio molesta est: ut nihil aliud sit fortitudo qui labor animo amante susceptus ob rem sibi iucundam ac delectabilem. Quis enim ob nullam causam nullumq; finem sibi laborandum ducat. Stoici, Peripateticiq; & si q; sunt alij, uiderint, qui

qui uirtutem, nullum sibi præponere præmium uo-
lunt. Amor qui nos ad tolerantiam impellit: non
habet ille quidem finem ad quem tendat: sed cau-
sam unde procedat. Et idcirco non placet mihi cū
dicitur deum amandum propter se, quasi quis ali
quid amet ob finem. Amandus est deus ob efficien-
tem causam, non finalem. Quia creator, quia bon⁹
& cætera huiusmodi: non autem ob remuneratio-
nem. Et nos affectamur proceres ac principes ob
fructum, amamus autem ob aliquam, quæ in eis ē
uirtutem: si modo amamus utiq; quos affectamur.
Neq; aliud est amor quām delectatio: ut amo ui-
num, amo ludos, amo sc̄ientiam, amo mulieres: hoc
idem est quod delectari uino, ludis, scientia, mulie-
ribus. Delectatio autem ultima rerum est omniū:
neq; quis ob aliquem finem delectatur, sed ipsa de-
lectatio est finis: de qua mox etiam dicemus. Verū
si amor est finis, cur amantes labo ramus? non' ne
labor ille tendit ad finem atq; ad præmium? id fit
aut eius conseruādi boni (unde gaudemus) gratia:
aut eius potiundi quod non absolute possidemus:
qualis est nunc amor in deum timore aut cupidita-
te admixta. Nam quatenus nunc deū intelligimus
Sed cum sciamus plura esse quæ in deo sunt nobis
ignota: ea cupimus, ea amare, siue illis oblectari
uellemus: ob quæ erumnas fortiter admus, patien-
ter ferimus. At cum defuncti uita, deum cognosce-
mus reuelata facie ut ipsi cogniti sumus tunc per-
fecta charitas erit: qualis illa angelorum precipu-
eque eorum qui supremi sunt: & ultimū finem atti-
gerunt qui dicūtur Seraphini quorum delectatio,
quorum beatitudo, felicitas est consumata chari-

66 LARENTII VAL. DIALE.

tas: non quia nō sit deus & finis beatitudo nostra,
sed potius tanquam fons unde emanat causa dili-
gendi:& tanquam sedes ubi acquiescit & habitat
ipsa delectatio: eadem ratione de reliquis rebus q̄

Odium.

amantur & ē diuerso dc rebus quæ odio habētur:
Nam odium molestia est, contraria delectationi:
Ideoq̄ ueteres etiam odium pro molestia corpo-
ris accipiebant ut illud:nunquam me hodie odio
tuo uinces. Et odiosum est mihi hoc, id est, mole-
stum: Molestiam itaq̄ omnem fugiunt, sicuti ap-
petunt delectationem: sed illam ferunt propter hāc,

si modo illa minor fuerit:hāc maior. Alioquin nō
uocatur illa uirtus , si tali intelligentia careat : ut
plus boni peteret tolerantia, minus mali delecta-
tio: pro actu quoq; alterum delectandi accipitur,
sive à delecto actiuo sive à delector deponenti ue-
nit, eaq; de re consuetius est nomen fortasse uolu-
ptas, sic dictum quia uoluptatem sola petit uolun-
tas , eam græci θερπόν ut Cicero ait appellant. Ne-

τερπνότης

Fruitio.

scio an melius respondeat illi superiori (delectati-
onem dico) τερπνότης quam nostri etiam uoluptatē
transferunt: ut in illo: ut in habitem in domo do-
mini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideā uolupta-
tem domini τὸ θεωρέμ με τὴν τερπνότητα κυριου aut ἀπό-
λαυσις. Hanc quidam recentiorum appellant fruiti-
onem: qui est percipiendæ uoluptatis, ideoq; (quā-
tum sentio) semp indigens ḡtō: ut fruitio rerū ma-
larum, fruitio rerum bonarum: qua de causa rarissi-
me, ac pene nunquā sunt usi hoc uocabulo clarissi-
mi autores. Plura attulim⁹ huius rei in libris de ue-
ro bono exempla. Nunc uerum attulisse suffecerit
ex Augustino, in trigesima octoginta quæstionī.

Fruimur

Fruimur illa re de qua capimus uoluptatem: nec differre fruitiōem ab amore, probat idem alibi, dācens frui est alicui rei amore inhārere propter se: adhārere autem amore & amare idem est prop̄ se ex consuetudine philosophorum dixit, non ex rei natura ut testatus sum. Quare delectatio, siue uoluptas, siue fruitio, siue amor, siue aliud simile nomen in idem recidunt. Quæ cū summa etiam cō summata sunt, uocatur beatitudo siue felicitas ad ad quā bene agendo hoc est, bene uolendo perueniatur, non ipsa est bona actio ut Aristoteles ait nōn ī hil deceptus loquendi consuetudine quæ apud latī nos melior est: dicimus enim bene mecum agitur: male cum illo actum est, quod uidelicet ego & res meæ bene se habent: & ille uel illius res male. Vñ actum est de me, actum de imperio, actum de reb⁹ humanis. Non quod ego, aut ille, aut imperiū, aut res humanæ agant, sed quod deus uel fortuna (ut more ueterū loquar) agat de me, de illo imperio, de rebus humanis: quod apud nos passiue, id apud græcos dicitur actiue ἐνπάθεια & ἐνπάροια siue ἐνπάξις hoc est, bene agere, & bona actio, bonus actus: ut apud idiotas bene ago res meas: bene facis negotia tua, id est, prospere. Quare non uidetur id quod loquitur intellectissime Aristoteles in Politicis inquiens καὶ τὸν ἐνπάροιαν τὸν ἀδυνατίου ἔνεισι σωτῆρν. Nam hoc bene agere non est uirtutis: neque in nostra manu situm, uerum in fortunæ & dei, cum possim bene agendo tamen male habere & ut latinius loquar, potest mecum bene agente male agi: & tecum male agente bene agi: aut etiam cum nihil agente uel bene agi, & p̄

LAVREN. VAL. DIALE.

clare uel male . Nam bene & male nunc accipitur fortunate & infornunate, siue commode & incom mode ut apud Ciceronem Lælius loquens de amico Scipione imperfecto inquit: cum illo uero quis neget actum esse præclarum , idem est enim præclare quod bene: seu optime . & aliquando post. Quāobrem cum illo quidem (ut supra) actum optime ē, mecum ī cōmodiusquē fuit æquius ut prius in troieram in uitā: sic prius exirē de uita. Quid nunc aut Scipio imperfectus, aut Læli⁹ relictus egit, pse cto nihil nō recte : ergo Aristoteles inq̄t, ἀδύνατη

Bene age-
re.

ἐπάχει

γὰρ τῷ μηδὲ μπάθοντα πράττειν νῦν & cum Scipione bene, & cum Lælio male actum est, utraq̄ non agente. Eadē pene ratione dicunt græci bene pati ἐπάχει pro bene accipere siue bene habere, qua dīcunt bene agere, ut in psalmo & hene patientes erunt χρήσις πειθότες τονται quod ego dixissem & bene cum eis agetur quæ loquendi consuetudo nū hil debuit habere momēti apud Aristotelem cum de actione honesta: quæ in nostra potestate est dis putaret. Quid illud quod præter consuetudinem est: ut enim bonam actionem fecit felicitatem, sic felicitatem fecit actionem dicens γένεται πρᾶξις εἴσι. Non em̄ bona actio est felicitas siue uoluptas, sed per bonam actionem ad illam perueni tur: & ante omnia per doctrinas scientiasq;: quo rum una est prudentia cui subiecta ex parte est, illa quarta, quām decorum appellant. Etenim sicut ianua domus, & gradus scalarum non cum præstant usum, in quem domus ipsa inuenta est: ita uirtus seu patientia atque doctrinæ non sunt uoluptas ac beatitudo, sed illuc p̄ducunt: de qua iam finē faciam

faciam ne omnia quæ dici possunt consectari ui-dear: cum præsertim latius de his in alio opere dis-seruerimus.

De corpore.

CAP VT XI.

Corpus aliud æthercum siue cælestē, aliud nō Cæthereum, Cælum quis nisi furiosus, ausit di-cere quid sit: cum nihil apud nos tale sit, nec ta-ctu, aut ullo sensu queamus dignoscere: & sidera densiorem cæli uel ætheris esse partem: quasi cor-pus cælestē possit esse compactius & densius. Ego scio sidera post cælum esse facta, & illic collocata, quo autem artificio cum illuc ascendero intelligā: ut illud me librorum sanctorum lectio docuit, ita hoc uisus, solem stellasq; uibrare. Quod Aristote-les quasi illinc descenderit negat. Quid ni etiam neget hunc nostrum uibrare ignem: Ut illa negat esse ignea, ita cum Empedocle facit elementum igneum quod nec cernamus, nec flatu sentiemus. Sed quid possum inexpugnabili rationi repugna-re. Motus est causa caloris, inquit, concitatio em̄ illa uirginis spherarum incendit superiorem aeris partem in ignemq; conuertit: quemadmodum mis-silia plumbea, cū impetu emissā in aere liquefcunt. Quid mirum, si de rebus à sensu nostro remotis mentiri audet, cum de rebus tum apertis mentia-tur: & si eum quidam sequuntur: quorum est Oui-dius qui inquit:

Non secus exarfis quā cum balearica plābum

Funda iacit: uolat illud & incandescit eundo:

Et quos non habuit sub nubibus inuenit ignes.

Quis unquam animaduertit glandē, uel plūbeam,

e ; uel

90 LAVREN. VAL. DIALECT.

uel ferream, uel lapideā funda emissam in aere ca-
 lescere, nedū plumbū liquefcere: certe magis debe-
 rent incendi pennæ sagittarum, quā carē spicula si
 plūbea essent. At quis unq̄ illarū aut spiculū, aut li-
 gnū, aut pennas, etiā si chartaceæ sint, cum perue-
 nerunt incaluisse dephendit. Ne machina qdē (quā
 Bōbarda. bombardā uocant) priscis ignota, quæ tanto turbī
 ne, ut nulla uis humana queat cōparari, unq̄ pilā
 plumbeā etiam tāto igne afflatā liquefecit in aere.
 Quinimo & pila illa & missilia cetera, calorem si
 quē habebant, eūdo amittunt, ut motus sit potius
 causa refrigerationis. Vnde uentilatio in balneis
 & respiratio cordis refrigerat, ut in alto uolatus
 auiū: q̄rum h̄z etiam pennæ minimū calefcunt quē
 maxime mouent. Cōflictio collisioq̄ corpor̄ duo-
 rū calorē creat, aliquā ipsa compressio sine ullo aut
 uix ullo cū motu: ipse aer motus atq̄ agitatus nul-
 lū nancisci calorē: imo si ullū aliunde nactus est,
 pdit atq̄ refrigerescit. Sphæræ si suo motu incende-
 rent aerē, multo potius & ipsum mouerent (qd nō
 faciunt) & secū suo contactu uersarent. Nec uide o-
 q̄re nō ipse quoq̄ incenderent una cū illo, nec q̄uo
 aer possit incendi. Deus ab initio creauit elemen-
 ta, non aliud creari ab ipsa sphærar̄ uertigine. uo-
 luisset: cū p̄sertim ad nullā rē utilē. Tanta est em̄ &
 uis & p̄stantia ignis, ut & calor eius sit maior alia
 rū rer̄ frigore. Si quidē ignē manu pati non possiu-
 mus, niuē possumus: & splendoris exigua portio
 plurimum tenebrarum illustrat. Satis igitur fuit
 solem ad utruncq̄ nobis mundoq̄ p̄standum, ad-
 iuvante (quam dixi superius) causa. Quod ex colli-
 sione generet ignis, & ex compressione calor p̄ci-
 pue

LIBER PRIMVS.

71

pue humoris, qui agglutinatus terræ calescit atq; exhalat. Empedocles qui ignē in cælo posuit, meruit in ignem terræ descendere ut inquit Horatius: Deus immortalis habere dum cupid Empedocles, ardenter frigidus ætnā infiliit. ab hoc cælesti igne aiunt fugari deorsum frigus, & à terræ calore ad medium regionē aeris, & ob id fieri nubes, niues, grandines: quasi frigus corpus sit & tanquam loculus ferreus Arsinoe in conditorio magneti appendeat In medio extinguitur frigus & calor, nō de loco in locum expellitur: neq; in ima terrarum demergitur ut multi disputant: quorum est noster Macrobius, qui in saturnalibus ait, Frigus in terra rum ima demergitur, & aquas inficit, quar; in imo est scaturigo: & contra cum aer hiemē perfert calor in ima demergens aquis in imo nascentibus dat uaporem: nō aduenit calor aquis, sed ex aquis gignitur: nec frigus in terram descendit: sed terræ ingenitus est: nec calor excessus est ignis, neque excessus frigoris est glacies ut ait Aristoteles cum glacies & ignis sint corpora: illa non sint & si per se met ignis (de nostro loquor non de sidereo) subsistere non potest: quinetiam rem cui adhæret absunit. Nec mihi uidetur occupare locum in illa ipsa re quam amplectitur, ut in fumo, in pruna, in metallo ignito: præterea in nihilum conuerti, quia de nihilo factus est: per quod deus suam parfecit potentiam: ut sciremus ē nihilo aliquid posse creari, & ex aliquo nihil: si enim in aerem conuertitur: & aer in ignem (ut isti aiunt) decuplū ignis fieri ex aere & decuplum aeris ex aqua: & decuplum aquæ ē terra: cur nunquā uidemus nec in-

cendi

72 LAVREN. VALLAE. DIALE.

aeris ex aqua: & decuplum aquæ è terra: cur nunquam uidemus nec incendi aerem: nec mare inimici aut crescere: nec terram. At qui cognitionem quandam elementis assignant, ignem quidem calidum esse & siccum: mallem dixissent, lucidum quā siccum (ut mox ostēdam) ego illum elementalem ignem: nec calidum: nec lucidum intelligo. Aerem uero calidum & humidum quem ipse negauit calidum: imo probauit frigidum: qui si talis est: nullum est elementum ligneū quia cognatio caloris intercidit. Nam si ignis est calidus & siccus, cū aere coherere non potest: quem & ego frigidum probauit & isti humidum aiunt. Addam nunc non esse humidi dū quod uel sua spōte apparet. Quo enim fēdere potest humiditas iungi cum calida siccitate: quasi dimidium aeris: superius sit siccum, alterum dimidium inferius sit humidum, quod ridiculum dictu est: quod siccum & calidum est: id nō aer sed ignis erit ergo siccus dicēdus est aer. Iam uero quicquid humidū id & graue est. Atqui in aere nihil est pōderis, neque utres inflati grauiores sunt quā remis si: neque naues, aut cistę quam ipsa materia ex qua composita sunt. Adeo autem omnia humida sunt grauia, ut etiā non nisi è duobus diuersis corporibus constent: humidum aliquid dicitur, quia humor in se habet: humor autem non qualitas est ut calor, sed corpus & sub quo tanquam genere aqua continetur: ut apud Ouidium de mari loquētem circūfluus humor: Ultima possedit mediūq; coheruit orbem. Quid opus exemplis est in re quam si quis nesciat nihil omnino sciat humorē esse unum: acetum, om̄em succum, lachrymam: pituitā: aquam

Humor,

aquā qua uel uestis uel humus madefacta aut per
 fusā dicitur humida: ut duo sunt corpora coniun-
 cta terra & aqua fiatq; tūc grauior illa uel uestis:
 uel humus: quām prius fuerat. Quo fit ut cum ae-
 rem dicunt humidum fateantur, eum habere pon-
 dus nec simplicem esse. At mihi ne humus quidem
 fieri posse id, quod in humo cernimus uidet. Cur
 em̄ bullæ illæ q̄ inter fontanas aq̄s micant non hu-
 mectat? cur nō in humore immorant? cur illū aerē
 humor expellit: quasi suum hostem. Quippe non
 tam sua levitate illic aer ascēdit atq; emergit: alio
 quin cum in fastigium aquæ bullæ euasit, nunquā
 illic immoraretur: sed protinus ē sua tunica crum
 peret. Qualis sunt etiam globi illi ē lixiuio facti
 tandiu uolitantes, quām compressu aquæ excludi-
 tur suopte pondere ac suapte lubricitate ab illo de-
 scendentis: qui dum est in aqua aut in terra ueluti
 in utre(ut dixi) tantundem loci occupat, quantum
 occupat tantundem aquæ & terræ, ut si ipsum utrē
 uel aqua impleas uel harenis: quem inflatum aere:
 quis color: quod frigus: quæ alia uis constringet:
 eumq; densabit aerē. Nam isti, aiunt, aerem den-
 sari mutariq; in aquam & aquam rarescere in ae-
 rem(ut dixi). Quod si fieret, cum non minus loci
 occupat aer, quām aqua uel terra. Vnde id loci ha-
 beremus: Quoties parum aquæ uel terræ tantum
 efficit aeris, necesse foret cælū laxari, et rursus cum
 multum aeris in paulum terræ aquæ'ue mutare-
 tur contrahi. Cum dixi de aere dixi etiam de aqua
 quam negauī esse humidam, sed ipsum humorēm:
 sicut enim calor nō dicitur calidus ita etiam neq;
 humor humidus. Insciteq; traditur à physicis esse

In corporibus nostris quatuor humores, duos qui
dem humidos totidem uero siccios: cum neque hu-
midi sint humores neque siccii. Contraria est enim
humiditati siccitas: nec aliud quam absentiam hu-
moris indicat: etiam ignem & terram dici sicciam
habere qualitatem eiuidem inscitiae est: cum non
sit qualitas proprie siccum esse, sed carere admix-
tione alterius corporis qui humor dicitur. Dixi
proprie qualitatis: quia terram esse uadam, madi-
dam, limosam, & breuiter humidam: & e diuerso
aridam, torridam, sicciam, sic qualitatem signifi-
cat: ut hominem esse crinitum, barbatum, pilosum,
succiplementum, lacertosum, corpulentum, pinguem,
& e diuerso caluum, imberbem, leuem, exanguem,
effetum, macilentum: cum tamen crines, barba, pi-
li, succus, lacerti, corpus pro carne, pinguedo siue
adeps & aruina, non qualitates sint sed res corpo-
ræ. Vapor quoque siccus & humidus cur dicatur
non video. Nam si uapor humor est, siccus esse
non potest: sin afflatus caloris calidus, nec humor
erit, nec corpus: qua ergo ratione creare non uult
Aristoteles nubes & cætera poterit: similis est ua-
pori, & pene idem exaltatio, quam ille *avibus*
op eiusq copiam uult esse uentum non autem
aerem motum, quasi non uentus sit aer flabello,
aut follibus motus. Si uentus non est aer, certe
nec corpus: ergo uter uento inflatus, si cessat uoca-
ri uentus aer, cum stat, non erit plenus corpore
sed nulla re. Omnia portentosis uerbis miscet
ait, ita contrarium esse aera terra, ut ignem aquæ
quasi sic se mutuo perimant aer & terra, ut ignis
& aqua. Solo pondere distant aer & terra, & si
quaæ

Qualitas.

quæ sunt aliæ qualitates non calore & humiditate cum ambo sint frigida: nec humorem suum esse agnoscunt: quem etiam detrahi vult posse aquæ Aristoteles: effici' que terram, quod nec pisces si loqui possent dixissent: an potest corpus suum detrahi aeri, aquæ: terræ minime. Ita nec aquæ humor, quia ipsa aqua, aut ipsum aqueum corpus humor est. Quod cum ita sit nec terra uicissim convertetur in aquam, & item de cæteris clementis si qua sunt cætera nisi aer. Hæc etiam elementa vult esse in suis regionibus pura quasi purior alibi terra & aqua quam ea quæ nobis nota est: ex eis quoque omnibus constare nostra corpora cæterorumq; animalium: itemq; arbores & omnia germinantia. Terram & humor in me ac in cæteris (quæ dixi) agnosco: ignem non agnoscō: non forte talem ignem uolunt esse, qualem super aerem fingunt qui nec uideatur, nec sentiantur. Neque animal quia calidum est ideo ignitum putabo, ac ne aer quidem pars est corporis nostri: neque quippiam ex aere sicut neque ex igne compositum est. Meat aer & remeat per os animalis alius, & alius, quod etiam diuino comprehendatur testimonio: quod scimus deum formasse hominem ex limo, quæ est humus humore macerata in quæ duo cadaver resoluitur: quod testatur Homerus: apud quem Menelaus his qui cum Hectore dimicare formidabant sic impetratur:

αλλ' οὐκές οὐδες κρήνη γενεθῆσθαι.

De materia

De materia forma & composito.

CAP VT XII.

HAec hactenus (ne in infinitū excurrat oratio) de substantia, quam esse ex materia & forma magis obsequutus sum, quām assensus: primum quia non sicut una materia unī corporis est, ita una forma: ueluti in hoc pomo est color, figura, pondus, odor, leuitas, & alia nōnulla: Dictum est qđ substantiam hanc, quæ ex materia constat & forma immo & formis, appellant compositum: cum nihil possit esse simplicius: sublata enim alterutra parte & altera perit. Neq; id in corpore modo, uerum etiam in spiritu: usq; adeo ut essentiā & qualitates in deo ponamus dicēte deo Iesu de ipso deo apud Ioannem, neq; uocem eius audistis: neq; speciem eius uidistis: species autem & uox qualitates sunt. Tum quod materiā quandam faciunt ab om̄i forma seiunctam: quam uocat materiam primam: hoc peræque stultum est atq; formam qualitatem ue facere citra materiam ne dicam stultius. Quoniā si quis aliquam neget esse materiam ei quēadmodum superius dixi probare non possim, nec defendere: non magis quām quare hæc sunt idonea noīa materia & forma. Materia em̄ uocatur qualis in statua marmor, in scanno lignum, in latere lutum: ut superius sum testatus. Forma autē quid aliud quām figura significat? O deprauatrix naturarum significationum peripatetica natio: postremo quēd priorem uolūt esse materiam forma, quæ quo modo potest esse prior: quæ non extirrit prius: & eam iubet nos imaginare quæ imagine caret

LIBER PRIMVS.

77

earet. Accipe rationem propositione sua dignam: ut imaginamur formam sine materia: ita possumus imaginari materiam sine forma. Imaginamur quod imaginem habet: non quod non habet: & tamē in illo quoque mentiuntur: nihil enim imaginamur nisi tanquam in corpus: tertiam quoque sororem faciunt priuatiōem sed, quasi notham & duarum inimicam: quae cum aut qualitas: aut nihil sit in tractatu qualitatis disputanda est: cuius nunc ordo est.

De accidente: quodque nouem prædicamenta ad duo referuntur, qualitatem & actionem.

CAPVT XIII.

Caetera nouem prædicamenta Aristoteles uno complexus est nomine *ουμετον* οὐδὲν quod transferunt accidens: mihi duo tantum placet esse: & in hæc recidere cætera, qualitatem & actionem. Accidens esse aiunt quod potest adesse & abesse citra subiecti corruptionem. Quid calor in igne potest citra ignis corruptionem abesse? forma inquiunt, usialis est calor in igne. Quid nō huiusmodi forma & ipsa usia est? Usialis est (aiunt) respectu cōpositi: ut dicatur forma substantialis à qua differt forma accidentalis ut calor in ferro. Ego distinxī substantialiam ab usia quo magis res intelligeretur. Ita nunc consuetis quam captiosis uerbis agere malo, & qualiter uti quam forma, ut alia sit qualitas naturalis alia non naturalis. Naturalis est qualitas: quæ ab essentia nequit abesse ut in sole vibratus, lux, ardor, ut in anima potentia capiendo, uolendi ut in

ut in deo aeternitas, sapientia, bonitas, ad cuius imaginem & similitudinem conditi sumus: imago autem & similitudo nihil aliud sunt quam qualitas: Nam ecclesia dicit talis pater talis filius talis spiritus: Et usitatus, multoq[ue] accommodatus est uocabulum qualitas quam forma: sicut essentia quam materia: Non naturalis, ut ille ipse calor in ferro. Calor autem & figura & tactus, & pondus, uerius est ut naturales qualitates dicatur: quas abesse posse (ut quidam aiunt) falsum est: quod dicant ueluti in pomo de quo paulo ante dixi uiorem & asperitatem, & rotunditatem, & pondus auferri. Mutatur enim calor & forma: & tactus & pondus, non auferuntur: non in aliam qualitatē, sed in seipsum: hic color in illum, hæc figura in illam, hic tactus in illum, hoc pondus in illud: fortassis omnem odorem possis auferre atq[ue] etiam saporem & si quid est tale: cætera non possis nisi aliquid eiusdem generis substituas. Vbi nihil substituitur solent isti appellare priuationem. Quæ si nihil est quid attinet eam constituerem cum forma & materia, quasi ipsa aliquid sit. Nam eam quasi nihil & tamen non nihil uolūt esse ut in oculo uidendi defectum: q[ui]lis est uel in eo qui amisit uisum: uel in eo qui nondū adeptus est: quales infantes nondum editi: & catulli ferarum statim editi, quibus nullus adhuc uisus sit: & tamen in oculo naturalis potentia uidendi: uidelicet quod oculus sit natura apertus ad uiderendum, cum & uisu orbatus, & uisum nondum adeptus nihil cernet, uisio nulla erit: priuatioq[ue] ipsa nihil erit: Potentia autem uidendi est in oculo bene affecto, non autem in extincto, aut nondum soluto

soluto, ut neuter possit uocari oculus quēadmodū nec hō qui uel iā defunctus est, uel in utero matris nōndū aīam habet. Cæteræ in oculo orbato inest q̄dam qlitas q̄ & à cernentibus agnoscit & tactu sen-
titur: & in oculo nondum perfecto inest potentia
non uidendi sed perueniendi ad uisionē: idem dico
de loco tenebroso, idem de reliquis sensibus uel
amissis, uel nōdum perceptis, uel male affectis: sed
reparabilibus. Sed his ineptijs omissis redeam eo
unde egressus sum: species in qualitate non sunt p̄
petuæ omnes: sed genera nisi forsan in paucis. Ita-
que ut in eodem quo corpori uerfer exemplo potest
abesse à pomo uiror uel rubor, sed non color: po-
test rotunditas uel oblongitas & quælibet alia fi-
gura, sed non omnis figura: potest pristinum pon-
dus, sed non omne pondus: potest hic odor aut il-
le, nescio an omnis odor: potest aut asperitas aut
lenitas, sed non utraq̄ potest aut calor, aut frigus,
aut tepor, sed non omnia hæc. Quare perpetue
qualitates hæ dicendæ erūt quæ generales sunt in
quibusdam (ut dixi de sole) etiā speciales. Sunt au-
tem generales quæ aut sensibus obijciuntur aut sen-
sis. Sensa uocabant ueteres ueluti animi sensus. Igi-
tur de sensibus qui sunt ad intelligendum facilior-
res prius dicamus. Sensa.

De qualitatibus quæ sensu cognoscuntur.

CAP V T X I I I I .

Sensus (ut superius dixi) sunt potentiae quæ
dam sentiendi in corpore animato. Hi qnq̄
sunt ab omnibus facti: uisus, auditus, gustus,
odoratus, tactus. Obiectorum suorum
singuli

20. LAVREN. VAL DIALECTI.

singuli habēt generalia nomina præter ultimum.
 Nam obiectum uisus est color, auditus sonus, gustus sapor, odoratus odor, tactus nullum. Sed qd^d pauci animaduerterunt, abutimur nomine sensus pro nomine obiecti ut superius ego feci: dicimus tactum durum, mollē, asper^r, leuem, cū non sit sensus qui percipit, sed rei percept^e esse talē sicut nō est uisus cē album, aut uiridem, sed coloris siue corporis: nec auditus esse acutum aut grauem, sed soni. Spēs huius obiecti (ut de hoc primum agā) sunt mollities, durities, asperitas, levitas caliditas, frigiditas: & si qua sunt huiusmodi. An ad hunc sensum pertineat sentire quid graue, quid leue, quid robustum, quid imbecillum, & si quid est tale dubito an potius ad robur siue ad uires. Huic sensui subiicit Aristoteles gustum et haud dubie gustus per tactū fit: tamen aliis hic est sensus: aliis ille. Neq^z enim palatum ita cibi asperitate offenditur, ut amarore quoniā in amarore offenditur gustus, hoc est uis illa gustandi, in asperitate, corpus ipsum: ut offenditur manus, pes, oculus, ut auris. Quippe per uniuersum corpus diffusa est uis tactus, nec exterius modo uerum etiam interius: & idcirco tactus uehementer laesus, præcipua causa mortis est. Habe^r & Venus aliquid sensibile proprium est dicenda, quia ad tactum pertinet ut suauitas somni, ut delectatio quemadmodum dixit Socrates, confricando membra prurientia, & si quid aliud huiusmodi est: Semper enim est eadem. At saporis multæ sunt species & plures quam quæ Aristoteli placent septem, & si non denominate, ille enim omnes uult fieri ex dulci & amaro: sicut ex albo & nigro omnem.

LIBER PRIMVS.

31

Omnem colorem quod confutare non magis possum quam ipse facit, qui quod ait non probat. **Diccam** potius de Aulo Gellio qui reprehendit eos qu uersum Vergilianum emendando deprauant. Et sapor iudiciū faciet manifestus: Et ora tristia tantum sensu torquebit amaro: ait enim Vergiliū amaror scriptum reliquisse, & male à quibusdam emendari amaro: quod absurde dicatur, sapor sensu amaro torquet. **Aulus Gellius** non sentit, nunqu sensum esse corporis, saporem: sed sensionem, ut dicimus tu non habes sensum doloris: ait saporem es se ipsum sensum: Non alium enim se habere sensum, non habet in se alium sensum? At habebit adiecta differentia speciem: sapor enim adiecto amarus, fit amaritudo siue amaror: ergo quo sensu torquebit amaror ora, nempe amaroris, quoniā sensus sapor est. Ita res in idem recidet. Nec erit absurdum: ut dicatur sapor torquebit ora suo amarore non magis quam amaror torquebit ora sensu seu sapore suo: quia amaror sapor & sensus est. Si modo sciēter dicit sapor esse sensus. Nam odor pro corporis ipso sensu nonnunquam inuenitur, sicut ē contrario tactus qui est sensus pro suo obiecto ut ostendit, Quintilianus nam uisus damnū sarcinunt reliquæ uoluptates odor, gustus, tactus, auditus: odor pro odoratus dixit: aliquando & gustus ita accipitur ut amaro gustu cibus est. Odoris species non habent nisi paucissima nomina, ut fragrantia & fætor. Ideoque otiosum sit hoc loco illas enumerare: uisus obiectum(ut dixi) est color, et ex consueta figura, quantitas, motus, quies, quarum figura est qualitas: de reliquis postea differemus:

f eadem

In A.Gel.

52 LAVREN. VALLAE DIALE.

eadem quatuor etiam tactus sentit: duo posterio-
ra, non nihil auditus. Quid, splendor, est ne color?
analia quædam qualitas? Aristoteles uult eum es-
se, non dico candorem, sed candidum: si candidus:
quæ nam erit eius substantia? quem cum faciat cā-
andidum, miror cur dicat solem & ignes rutilos: un-
de enim suum candorem splendor habeat, nisi à so-
le, quem Homerus cāandidum facit, aut ab igne, aut
si quid his simile est. Nusquam enim splendorē, nisi in
his aut ab his, nec video quare ignis aut sol si ruti-
lus esset, nō posset habere splendorem rutilum: ex-
go splendor seu fulgor est uigor ille, illa uiuacitas
ignei coloris. Nam qualitas in qualitate est, & ali-
quādo in actione: ut pulchritudo formæ corporis,
suauitas coloris, dulcedo uocis, tarditas ambulati-
onis. Quo sit ut omnem, quem nanciscitur colorē
splendor & fulgor illuſtret, uehementiorēq; red-
dat: in aere uero qui colore uacat, nullum represē-
tat colorem: et si Aristoteles aeris dat colorem albū
quasi nisi colorem haberet, non cerneremus, uti so-
lem quem album propriè & argenteum nonnum-
quam alia de causa aureum cernimus. Ego qui se-
uidisse aerem præter Aristotelem inueni nemine.
Nam nisi uidisset nunquam albū esse dixisset. Ob-
iectum auditus dixi sonum, quem Aristoteles uo-
cat φωνὴ eumq; differre uult à uoce, id est, φωνὴ
quod ille sit animalis ore prolata, & ut Platonī
placuit propria hominis. hi uero magis commu-
nis & illius genus: uox non nisi, ut sic dicam, dear-
ticulata. Et tamen terrēmotus & φόρος & φωνὴ di-
xit. Apud nostros raro est diuersitas cum dicant, li-
terarum alias uocales, alias consonantes non ut
gra-

φωνὴ.
φωνὴ.

LIBER PRIMVS.

8,

græci alias uocales alias conuocales, ut dicimus se
 miuocales ἡμίφωναι σύμφωναι φωνήνται. Vnde nonnum
 quā dicimus sonus uocis quasi qualitas uocis. Qui
 ðam præcipue qui de arte grammatica scripsérunt
 Diomedes, Donatus, Seruius, hæc duo nomina nō
 uidentur distinguere, quorū primus ita ait: Quan
 quam ueteres, omnes sonos uoces dixerunt, ut fra
 Etasq; ad littora uoces. Eum quidam aerem esse di
 xerunt sed ictum, siue percussum, ut Stoici, Plato
 etiā spiritū, quidā uentū, quidam percussione, siue
 motuaeris ē quibus est Aristoteles, q; in libris de
 anima ait: sonus est duorum corporum solidoru ue
 hemens conflictio & iterum: sonus est motus eius Sonus.
 quod moueri potest, hunc in modū ad hanc Ari
 stotelis uhementiam, quæ superuacanea fuit, ad
 dunt Diomedes & Donatus dicētes, sonus est cor
 poralis repentinum auribus referens fragorem:
 sed neq; aer ictus, siue percussus est sonus, neq; uen
 tus, aut spiritus, quia uentus nec spiritus aer sunt,
 & aer corpus: At sonus quia obiectum auditus, q; li
 tas est. Neq; percussio aeris, aut conflictio, aut mo
 tus: quia ista sunt actio, uerū ex percussione siue ex
 conflictione (ut dixi) qualitas sicut ex percussione li
 uor & dolor. Quod testatur Quintilianus inquiēs
 si quis dicat sonus est duorum corporum conflictio, er
 rat, ut opinor. Non enim sonus est conflictio, sed
 ex conflictione. Priscianus tāetsi ambiguū ponit dī
 cēs: uocem esse tenuissimum aerē ictum, uel suum
 sensibile aurium, tamen paulo post corpus aereū
 sentit esse: quia et aurem tangat, quod falsum est:
 cum aurem non magis tangat quām color oculū:
 neq; si tangeret continuo foret corpus, nō magis
f 2 quām

quam splendor: & per tres dimensiones sicut cæ-
tera corpora dignoscatur . Nam non aliter sonus
mensuram recipit, quam splendor in acre & color
in pariete: Quia comparaui sonum splendori , nō
protinus comprobauerim illam Aristotelis com-
parisonem dicentis: quemadmodum sine lumine
non sunt uisibiles colores, ita neq; sine sono acutū
& graue . Nam acutum & graue species sunt siue
differentiæ soni. Vnde sonus acutus appellatur &
sonus grauis: colores non sunt luminis species: ne-
que dicitur lumen uiride & lumen uenetum: Co-
lor ipse est genus: diciturq; color uiridis : & color
uenetus. Democritum atq; Epicurum transeo qui
ex indiuiduis corporibus uocem constare dixerūt.
Quorum assertor Lucretius libro quarto ait. Cor-
poream quoq; uocem cōstare fatendum est, Et so-
nitum quādo possunt impellere sensus: Præterea
radit uox fauces sape, facitq; Asperiora foras gra-
diens arteria clamor: & in plurimos deinceps uer-
sus. Verum radere fauces non est uocis, sed aeris ui-
olenti: hanc quæstionem Aulus Gellius cum pro-
posuisset pene ab ipsa conterritus dissoluere for-
midauit, tāquam nimis arduam argutamq;. Ideoq;
Enniano uersu elusit, Philosophandum paucis , nā
omnino haud placere: similiq; modo Lactantius q;
cum non nihil contra alios de hac ipsa re disputas-
set intulit. Non est igitur comprehensum quo mo-
do fiat: aut quid sit: atqui aperte sane Quintilianus
ostenderat, quo modo sit. Et cum sit obiectum au-
ditus, in promptu erat qualitatem esse intellige-
re: nisi forte non dubitabat hoc Lactanrius, sed un-
de esset & ubi: ego opinor sicut splendor ē luce p-
dit

Vñ uox.

dit & in luce est: ita uocem à duro corpore prodi-
re in aerem:& in ipso duro corpore, uel terra uel
aqua esse: quæ ideo non permanet, quia ipsa actio
unde facta est vox, non perseverat: ut actio lucis.
Vnde fit ut hæc qualitas possit adesse & abesse ci-
tra subiecti corruptionem: qualis est odor nonnu-
quam & sapor: si tamen in totum extingui potest.
Nimium sonum Aristoteles audiri posse negat, si-
cut nimiam lucem cerni. Ego sentio non nimium
sonum, sed minimum audiri non posse: nimium ue-
ro sonum audiri, & nimiam lucem cerni. Aliter
nec exanimarentur animalia ex tonitruo, nec ocu-
li ex nimia luce caligarent. Nolo nunc disputare
uter sit præstantior sensus, auditus' ne, an uisus' nā
multa dici possent: & an hominis sensus, præstent
sensibus aliorum animalium an non tractemus q̄
sunt huius loci potius. Vox humana naturalis illa
quidem est, sed eius significatio ab institutiōe de-
scendit: homines enim rebus cognitis, uoces quas
adaptarent inuenierunt. Quorum primus fuit A-
dam deo autore: easq; cum suis significationibus
posteros docuerunt. Ut soni quidem sint à natura,
uoces autem et significationes ab artifice: quorum
sonos auris, significationes animus, uoces ambo p-
cipiunt. Postremo inuentæ sunt literæ quasi mutę
uoces siue uocum imágines ut ipse uoces sunt qua-
si imagines significationum quæ iam proprie dicū
tur uocabula. Atq; hoc est quicquid loquimur: etiā
ipsum substantia: qualitas, actio atq; adeo ipsum
res. Nam sicuti ligno nomen lignum est, & lapidi
lapis, & ferro ferrum. Item rerum incorporalium
ut scientiæ est nomen sciētia: uirtuti uirtus, generi

Nimium.

genus, speciei species, ita substantiae substantia, ita qualitati qualitas, ita actioni actio: denique ita res res, itaque res significat rem: hoc significat, illud huius est signum: illud non uox, hoc uox est ideoque definit: Res ē uox, siue uocabulum omnium uocabulorum significatu suo cōplete tens, ergo uocabulum inqes est supra res, quia res uocabulum est etiam, sed significatum rei supra significatum uocabuli ē: & ideo uocabulum res ē: & una significat dūtaxat rē. Illa autem uox omnes res significat: quā admodum hec uox deus, infra multas alias est: nā illā transcendent spiritus, transcendent substātia, transcendent essētia, transcendent aliquid & res, significatiōis autē dignitate cūcta alia transcendent, cum sit ipse cæterarē res autor. Quapropter nihil iterest utrū dicam, quid est lignū, qd est lapis, quid ferrū, quid homo, an quid significat lignū, lapis, ferrū, homo, quorum nihil de res dici potest: quid est res, & quid res significat, quoniam quid, resolutur in quae res. At si interrogauero quae uox est res, recte respōdebis: est uox significans omnium aliarum uocū intellectum siue sensum: sed quę idē penē nūc quod qualis significat.

De qualitatibus quae sensis percipiuntur.

CAPVT XV.



Valitates quae sensis cognoscuntur, & si non nihil paulo ante attigi, primum ea quae in anima sunt ut uirtus, uitium, scientia, gaudium, dolor, spes, metus, deinde quae toti animali assunt: ut gloria ho-

LIBER PRIMVS.

87

ria, honor, imperium, dignitas, uis, præfectura, cō-
sulatus, magisterium, sacerdotium, coniugium, ce-
libatus, uirginitas, paternitas, propinquitas, fami-
iliaritas: Quanquam multa horum possunt adesse
spiritib⁹. Nam & throni & potestates & principa-
tus & uirtutes in angelis sunt: Et I deo paternitas
& (ut hoc uerbo utar) filialitas, etiam simile quid-
dam alijs rebus adest: ut esse loco, esse sacrum, esse
prophanum, esse religiosum, esse purum, esse publi-
cum, esse priuatum, esse celebrem, esse propriū, esse
alienum, esse honestum, esse infamen & incestum
& similia. Tum quæ rebus oīibus adesse possunt,
numerus, ordo, series, differentia, similitudo. Item
fortuna, necessitas, causa: Postremo uocum signifi-
catio, & significationum superioritas, inferioritas
paritas: in quibus sunt (ut supra dixi) genus & spe-
cies totum & pars: Nam dico homo est species,
animal est genus: quid aliud dico quām hæc sub-
stantia homo habet hanc qualitatem inferiorita-
tis: ut hæc substantia animal habet qualitatē supe-
rioritatis uocis: siue quod significatio huius capa-
cior & latior, huius restrictior & angustior: Item
manus est pars ad brachium, & brachium, totū ad
manū uidelicet habet maioritatis minoritatisq;
proportionem, seu differentem qualitatem. Proba-
bo hoc per ea quæ possunt aliquibus uideri mira-
bilia: Si dicam pater meus uenit. Frater uocat.
Rex imperat. Pontifex orat: maritus minatur: præ-
tor ius dicit: collega prohibet: filius studet: & alia
infinita substantiā significat. At hic est pater meus
ille frāt: iste Pontifex: Socrates est maritus Xan-
tippes: Cassius est prætor: Tu collega meus es: il-

la foror est:ista omnia qualitatem solam significant. Nam substantia in suppositis est uidelicet hic uir:illa mulier:ille homo. Socrates homo. Cassius homo:quod etiam nunc probatur esse has qualitates quod possunt citra subiecti quoq; corruptio. nem abesse:quod hic homo qui est pater meus posset fieri non pater:ut si ego & cæteri filii eius decedamus, & item in cæteris:& qui hodie non est pater:non frater:non rex:non pontifex :non maritus:non prætor & plura alia:cras possent fieri hec omnia aut pleraq;:& hæc quum hodie sit, peren-die horum forte nihil erit. Quinetiam cum dico unus illorum ad me uenit hominem: nam subaudi-tur homo significo. Aut hic est unus illorum nō ho-minem:nam(illud hic)hominem innuit, sed qualitatem consortij noto. porro in huiusmodi homini-bus licet reperire gradus generum ac specierum. Vtar nostræ religionis exemplo, Clericus est ge-nus,eius species diaconus,huius sacerdos,huius q-
Papa. que episcopus,dehinc si uolumus hoc addere Ar-chiepiscopus & ad extreum papæ:ita enim nunc græco nomine uocatur summus potifex siue Ro-manus episcopus:ut si papæ est,archiepiscopus sit: si archiepiscopus,episcopus sit:si episcopus sacer-dos sit,si sacerdos diaconus sit:si diaconus, aut si addendum est,subdiaconus clericus sit. Idem de si-milibus dictum sit.

De actione & uerbo substantiuo.

CAP VT XVI.

Superest actio quam nescio an belle appellem
Uaccidens,cum non accidat,sed emanat è spiri-tu è corpe ex animali è qualitate, etenim scriptio-quæ

quæ actio est digitorum meorum non accidit digi-
tis meis sed è digitis proficiscitur. Sed sui uocabuli
Aristoteles rationem uiderit: nos eo uti nihil ne-
cessè est. Actio autem & actus idè ut cultio & cul-
tus, usio & usus, uocatio & uocatus, egressio & e-
gressus, hortatio & hortatus, impulsio & impul-
sus, conceptio & conceptus, uenatio & uenatus,
suaſio & suaſus, niſi aliiquid differentiæ uſus rece-
perit: ueluti in hoc ipſo. Nam actionem oratores
qui dicuntur actores pronunciationem uocant, &
item orationem habitam, & cum alij tum iurisconsul-
tū actum pro iure uel iumentum uel uehiculum Actum
agendi: etiam actionem pro iure agendi in iudi-
cio. Sed nunc non de hoc sensu loquimur, sed illo
generaliore quæ etiam opera ſive operatio, pro
qua non minus frequenter accipitur actus quam
actio: ut apud eosdem iurisconsultos: actus quidē
uerbum generale eſt, ſive uerbi ſive re, quid agi-
tur, ut in stipulatione, uel nouatione, nec refert an
actum, an actionem, an operam, an ut ille nescio
quis Augustinus cathegoriarum explicator facit
operatiōem Aristotelis uerbum trāſferas energi-
an, quod alibi significat efficaciam isti ſemper trāſ-
ferunt actum, quaſi aliter non poſſit: eodem uoca-
bulo transferūt entelechiam, apud eundem quod
Plutarchus ſentit accipiendum pro enargia: & ſic
hoc à perfecte habendo, illud ab operando dica-
tur cui quaſi collega eſt dynamis: quod transfert
Quintilianus uis, dicens à nonnullis transferri po-
tentiam, à nonnullis potentiam, ut recentes faci-
unt, horum triū nominū duo uetusta ſunt: ideoq;
transferringi potuerunt actus & potentia. Tertium
Energia
εντελεχείας
δύναμις

ab Aristotele dictum, ideo uerbum de uerbo transferre non possumus. Quorum omnium apud Aristotem (ut aperte loquar) inscita quædā scientia est. Ait enim hoc lignum uel hic arboris truncus est arca, non actu sed potentia. fac Aristoteles ut ex hoc ligno fiat arca, dicemus hoc lignū est arca actu: quis unq̄ ita loquutus est: quis non ita lo

Aktor quētem rideret: cuius enim iste actus est: ligni ne:

at lignum nihil egit: an fabri: at faber facit arcam

Autor. non agit: ideoq; non uocat actor ullus artifex, sed

autor. Quid attinebit addere actu: Nempe inquis

quia aliud est lignum arcā esse potentia. Quis

etiam isto inquam modo loquutus est: quod ne di-

ci quidem ratio permittit: aliud est enim lignum

fieri posse arcā, aliud est esse arcā potentia: cū

dicimus fieri arcā posse, iam negamus esse arcā:

quia quod est, fieri rursus non potest cum iam fa-

ctum sit: quanto satius erit sequi communem lo-

quendi consuetudinē, hoc lignū potest effici arca,

scilicet quod forma figuraq; huius ligni mutabilis

est in formam figuramq; arcā. Nam talia nomina

in bilis exeuntia nonnunq̄ significant istam tuam

potentiam seu malumus dicere possibilitatem: ut

ipsum possibilis, ut frangibilis, extinguibilis, sensi-

bilis, penetrabilis, donabilis, potabilis, & alia infi-

nita: quæ possiblitas, est natura ipsa rei siue ut q;

dam aiunt aptitudo, uñ dicere solent natura aptū.

At natura nihil est aliud, quam innata rei quali-

tas: quod etiā greca uox indi, at φύσις, licet eam

in deum quaq; transferamus qui nihil habet in se

nati. Itaq; dicendum erat hic truncus est conuer-

bilis in arcā, non aut est arca potentia: uide quo-

patefa

Noia in
bilis.

Natura

LIBER PRIMVS.

91

patefacta sibi hæc iejuna euasit hominis impudenteria, ut diceret quod frigidum est, calidum esse: quod calidum, frigidum, quod leue, graue: quod graue, leue: quod bonum, malum: quod malum, bonum: quod paruum, magnum, quod magnum, paruum. Item aer est aqua & ignis. Item aer est aqua & terra. Terra quoque est aqua & ignis. Ignisque terra & aer: & quod omnium maxime falsum est, humor est siccitas & siccitas humor, non actu, sed potentia. Namque qualitatem mutari in qualitatem, et corpus in corpus mutari posse diceret: & si non diceret Aristoteles posse, sed esse aliam qualitatem, uel aliud corpus, non tam absurdum est quam humorem quod est corpus, mutari in siccitate, quod corpus non est. Quid Entelechia.
 tertium uocabulum entelechia si idem quod actus significat, quid opus inuentus? quid sibi uult? quid in possessione iam occupata queritur? quid optat? eam Aristoteles non modo anima & animatis attribuit: sed etiam trunko & lapidi: Quid potest esse in lapide nisi qualitas uel naturalis uel accessoria. Valeant igitur hæc superstitiones & calamitiosa Aristotelis uocabula, in quibus cum uult uideri argutus, mihi uidetur potius arguendus. Nam eo uerbi uentum est, ut quidam deum actum esse affirment: Energia ne erit deus, an entelechia: aut actio: prodigium mihi uidetur hoc esse non uerbum. Agamus igitur nos simplicius & ad naturalem sensum usumque communem accommodatius: Etenim aliud est sic dicere quædam uerba & pene omnia esse, quæ cum actionem significant, tamen qualitatem aliquando indicant, ut hic bene scribit, bene pingit, egregie luctat cum ab opere

92 LAVREN. VAL DIALEC TI.

opere cessat intelligitur quod bonus scriptor est
bonus pictor: egregius luctator, hic homo non ui-
det, id est, cæcus est, omnis homo mortalis est, nō
autem quod animam agit, id ē expirat. Itidem in
uoce passiuā, ut ego non moueor minis, tu ad oēm
nuntium turbaris, scilicet quod non sum mobilis
propter minas: & tu ad omnem nuntium es pusil-
lanimus. Quædam etiam uerba semper qualitatē
significant, ut caleo, frigeo, tepeo, palloeo, rubeo, q̄
nihil aliud significant quam calidus, frigidus, tepi-
dus, pallidus, rubeus sum. Item gaudeo, dolco, ti-
meo, spero, opto, amo, odi uerius est ut qualitatē
significant. Nomina quoq; uerbalia quæ suapte na-
tura significant actionem, in qualitatē etiā trāse-
unt ut ipsum actio quæ (ut dixi) interdum oratio-
nem, actam significat. Oratio quoq; cum agitur a-
ctio est: cum legitur qualitas. Item turbatio mari-
molesta est stomacho: commotio ciuitatis grauis
est bonis uiris, hoc est status uel maris, uel ciuita-
tis quasi passio quædam: ut occupatio quod scili-
cet occupatus sum, non quod occupo alium: quale
est cum significant præoccupatio: licet & hoc passi-
ue accipi possit, ut præoccupatio loci, & alia hu-
iusmodi infinita: ut accusatio quæ cum accusatoris
dicitur, actio est: cum rei, qualitas passioq;. Item
alia quoq; nomina ut labor aliquando est ipsa la-
boratio, aliquando lassitudo: Vita actio est unde
uita bona & mala dicitur, quando quis bene agit
uel male: & tamen qualitas cum quis dicitur habe-
re uitam, aut certe carere. sicuti mors quæ in mor-
tuis qualitas est ut apud Vergilium.

Morte Neoptolemi regnoꝝ reddita cessit

Par

Verba q̄li
tatē signi-
ficantia.

Accusatio

Labor.

Par Heleno. In moriētibus actio: ut apud Ouidiū:

Ad nomen Thysbes oculos in morte grauatos
 Pyramus erexit. Ideoq; illud uocatur expirare
 & animam agere, quanquam posset uocari qualitas
 conditio illa morientis. Qualia sunt illa uerba
 sto, iaceo, sedeo, quiesco, cessō, quæ quod habi-
 tum quendam corporis & si in animam hoc cadat
 habitum quendam animæ indicant ad illum mo-
 dum formati formatæ uerba qualitatem significant.
 Quod autem est actio aliqua stantis, iacentis, sedē-
 tis, quiescentis, cessantis quid nō actionem ex quo
 interrogati quid agitur respondere solemus, sta-
 tur, iacetur, sedetur, quiescitur, cessatur. Nam & si
 dicat Cicero hoc ipsum nihil agere & plane cessa-
 re delectat, non tamē nihil prorsus agimus etiam
 cessantes cum etiam dormire aliqua sit actio dicē-
 da: Etenim ignis nunquam ab actu suo disce-
 nit, ita nec anima flammæ (ut Quintilianus ait) ui-
 goris ita nec corpus animatum: ita nec aqua, nec à
 terra, nec aer unquam cessat agere quod suæ natu-
 ræ est. Itaq; re uera nulla est in rebus cessatione & q-
 es: id autem quod cessationem ac quietem uoca-
 mus quia actio non est, qualitas erit: quod probat
 compositum eius requies: quæ ab omnibus tanquā
 iucunda qualitas amat. De motu quid sit satis
 dixi: cum nihil differre à motione dixi: & item qd
 generatio, quid corruptio, quid diminutio, cui op-
 positum est augmentum siue incrementum, quid
 alteratio, quid loci mutatio. Quāquam motus p-
 rie est loci mutatio: nec enim si quid aut odore
 aut sapore mutatum est, dicemus factum esse mo-
 tum, sed mutationem, quæ proprie dicatur altera-
 tio

Quis.

Requies.

Motus

tio. Quo sit nō sint hæ tot species motus quod Aristoteles facit. Nam corruptio sub alteratioē est, generatio uero sub incremento, & diminutio sub corruptione & alteratione & loci mutatione, uti que in rebus quæ uegetantur. Nam in his quæ nō uegetantur potest solum locum habere loci mutatio, quæ & ipsa potest uideri alteratio. Necq; enim video cur dicat Aristoteles quædam crescere quæ non alterentur, ut quadrangulus, qui circuniecto gnomone creuit quidem, sed alteratus nō est. An uero hoc ipso quod creuit alteratus est, mihi uero uidetur non modo alteratus sed omnino alter factus esse. Et de cæteris quidem uerbis diximus: de substantiuo autem quid dicemus? Nimirum tale inter cætera uerba, quale res inter cætera nomina. Nam ut aliorum nominum significata redcunt ad res: ita aliorum uerborum ad substantium, non enimcaleo, frigeo, & alia uerba dicimus res, sed ipsum calere et ipsum frigere: quæ nomina sunt, et si rem significant cū uerbo substantiuo, quod in se habent: & in quod resoluuntur utcaleo, frigeo, uiuo, sum calidus, frigidus, uiuus: Itē amo, curro, cerno, sum in amore, in cursu in cernendo. Quod declaratur ex uerbo possum: quod ex uerbo substantiuo positum est, & pos: unde composita sunt impos, & compos: possum enim nihil aliud quā sum pos: tu potes, tu es pos: siue potis: Nam pos à potis dicitur ēē apocopatū: ille potest, ille potis est: ita scio, sum scius: nescio, sum nescius: cupio sum cupidus, & ira in cæteris. Quare cum nullam rem significat uerbum substantiuum, non est quærēdum quid significet, præsertim cum sit genus, & origo,

& ut

Pos.

¶(ut sic dicam) substantia uerborum aliorum: nisi dicimus significare uitam quandam, ut cum dicimus, dominus est, ego sum, lapis est. Non solum deus est, hoc est, uiuit, & item homo, sed etiam lapis hoc ipso quod est, uitam quandam habet. Et quē admodum argentum uiuū materia & genus omnium metallorum, & in quod illa resoluuntur: ita uerbum substantiuū aliorum uerborum ut hoc separatum à metallis reliquis, si ipsum dicendum est, metallum uiuere dicitur: ita uerbum substantiuū à ceteris seiunctum quodammodo uitam significare dicendum est.

Cætera prædicamēta, aut ad substantiā, aut ad qualitatē, aut ad actionē recidere.

CAP V T XVII.

X his quæ dixi ut doceam decem Aristotelis prædicamenta in nostra tria recidere. Cōstat illud qd uocat situm, seu positū ē: ut iacere, sedere, cubare, aut actionē esse qd semper agimus, aut qualitatem, quia ad illum modū formata sunt mēbra & corpora. Et illud quod uocat habere ut armatū, uestitū, calceatū esse, & ipm cadere in speciem qualitatis qd est figura, non minus qd sua cōtraria, ut inermē siue exarmatum esse, nudum' exutum discalceatum esse. Nam & si arma, uestis, calcei sunt res corporales, tamen qualitatē homini inducunt: ut cum sit omnium sermo, non tamē prodiere in aciem armatum, qualem inermen: & nō tamē uideri indutum, qualem exurum. Quid mirum de his quæ extrinsecus ueniuunt cum ea quæ sunt

quæ sunt ipsius corporis pars faciant qualitatem
ut qualis ille homo est, respondetur corpulentus,
pinguis, succiplenus, crinitus: aut contra macer ex
ilis, siccus, caluus, etiam extra homines: columna
solida, panis densus, dolium uino plenum, marsu-
pium pecunia refertum: & contra columna conca-
ua, panis rarus, dolium uino uacuum, & marsupiū
pecunia exinanitum. Item uestis humida, solum
udum, crines rore madididi. Quintiā illud quod
uocant relatiōem. Nam superius ostendi quempī-
am esse patrem, esse filium, esse praeceptorem, esse
discipulum nil aliud esse quam qualitatem. Quin-
tilianus de accidentibus personæ inquit conditio-
nis etiam distatia est. Nam clarus an obscurus, ma-
gistratus an priuatus, pater an filius, ciuis an pere-
grinus, liber an seruus, maritus an cælebs, parens
liberorum an orbis sit. En conditioni personæ sub-
iecit tanquam similia, esse clarum obscurumq;, ma-
gistratum priuatumq;, ciuem peregrinumq;, libe-
rum seruumq;, quæ utiq; qualitates sunt: & patrē
filiumq; eē, quæ & si relatiua sunt tñ qualitati sub-
iecta sunt, sicut illa quæ qualitatis sunt & ipsa re-
latiua. Quanq; quod adiectiuum non est relatiuū,
ut bonum, & malum pulchrum & turpe, sanum &
infirmum, magnū & paruū, multum & modicum,
longum & breue, & item cætera. Nihil enim sunt
relatiua substantiæ: naturæ relatio inter me patrē
& te filiū nō in substantia est (qd' hō sim ego tuq;)
sed in accidenti: quod ego homo sum tibi pater,
tu mihi fili⁹, quæ sunt qualitates. Natura relatiua
quantitatis ut de quantitate nunc agam, qualia q;
modo dixi magnum & paruum multum & mo-
dicum

LIBER PRIMVS.

9

dicum, longum & breve, sunt illa quidem quantitatis, sed tamen & qualitatis, cui maximi quicq; autores, ut relationem: ita quotitatem, & quantitatem subiecerunt. Quorum sunt Cicero, Quintilianusq;, qui tres generales causarum status faciunt: conjecturalem, definitium, qualitatis. Quorum posterior ita inquit: Est autē qualitas, alia de summo genere, atq; ea quidem non simplex: nam & qualis fit eiusquam rei natura, & quæ forma quæritur, an immortalis anima: an humana specie deus? Et de magnitudine ac numero, quantus sol: an & unus mundus: quæ omnia quidem conjectura colliguntur: quæstionē tamen habent in eo, qualia sunt, si qd ipsa loquendi cōsuetudo cōfirmat: Quippe interrogāti qualē agrū emisti: respondeas oblongum ab initio, deinde latiorem, duorum iugerū longitudinis, incertę latitudinis. Item qualē equū mercari debeo: dicas erectum, sublimen, lato pectore, breui aluo, paruo capite, grandibus oculis, procera ceruice, prolixā ac subdensa cauda, quinquennem sexennem' ue, aut non plurimum annorū octo. Vides ut quantitas omni ex parte continet in qualitate, adde etiam quotitatem: quod nomen Aristoteles non usurpat, tanquam græcum nullū sit, sed pro quotus ait quanti, quod nos nonnunq; in singulari facimus: ut quantum nummorum, pro quo nummi. At græci, quanti nummi, quantæ literæ, pro quo, & tanti pro tot. Ut nostrorum quidam etiam magni fecerunt: Pro quotitate Aristoteles ponit quantitatem discretam, quasi quotitas non sit sub quantitate. Alteram uero speciē quantitatis appellat continuā, ex quibus hanc arithmeticus

Equi prop
bi nota.Quotus,
Quātus.

Quotitas

98 LAVREN. VALLAE DIALE.

Quātūs ticus, ac geometer tractat, illiq; priores partes Nⁱ comachus tribuit, nec consentit arithmeticam subiectam esse geometriæ. Siue igitur quotitas sit genus quantitatis, siue quantitas quotitatis: quid mis-
continua. rum. Si aliud adhuc possit esse altius genus, quam ego, imo maximi autores aiunt esse qualitatem, & ipsa loquendi consuetudo optima testis affir-
mat, nec ratio refragatur. Nam cum alibi, tum in iure ciuili dicitur de his, quæ cōstant numero, pōdere & mensura: ponitur autem mēsura pro quantitate: certe pondus sub quantitate non est. At qui dicimus leue, graue, ut in quantitate breue, longū, & in numero dimidium, duplum. Cur ergo non ferunt relatiua ponderis: dicent, quia hæc sunt re-
Pondus. latiua qualitatis: audio, sed tamen ponderis. Ita il la relatiua quotitatis & quantitatis: Sed eadem re latiua qualitatis. Adde quod quantum nihil est ali ud, quam cuius magnitudinis paruitatis' ue: quo-
Quantum tum, quā cuius multitudinis paucitatis' ue. At qui magnum esse uel paruum: hominem multorum uel paucorum annorum, talia sunt qualia quadrato corpore, uel obeso, uel pingui, uel exili, uel proce-
Quotum ro, uel puerum, uel iuuenem, uel senem esse. Neq; me p̄terit solere iungi quantus ad qualis: ut apud Vergilium:

Nam q̄lis quātus' q̄ cauo Poliphemus in antro,
Lanigeras claudit pecudes. Et iterum:

Qualis' q̄ uideri cælicolis & quanta solet.

Id lucis & evidentiae gratia, & pene ex abundan-
ti additum est: quod probat id quod mox sequitur
de Cycloibus:

Cernimus astantes, nequicq; lumine toruo,
Aetne

Aetneos fratres, cælo capita alta ferentes:
Concilium horrendum, quales cū uertice celo
Aereæ quercus aut coniferæ cyparissi.

Cur non dixit quales & quantæ? Quid nimis nihil est qualitatis, nisi ipsa quantitas, & si addere hoc uolumus etiam quotitas: quid enim simile habent quercus multæ, & multæ ciparissi illis cyclopibus, nisi magnitudinem, & numerositatem: aliquando iungitur qualis & quantus distinguendi eam speciem, à genere: ut apud Quintilianum: In ea prima obseruatio est qualem habeas, secunda quomodo utaris, natura uocis spectatur quantitate, & qualitate: quantitas simplicior, in summa enim grandis aut exigua est. Sed inter has extremitates multæ sunt species, & ab ima ad summam, ac retro sunt multi gradus, qualitas magis uaria. Primum non dixit natura uocis spectatur qualitate & quantitate, tanquam posset addere quantitas qualitati, sed præposuit speciem, deinde subiicit genus, & qualitatem complectens, cum inquit: prima obseruatio eo qualem habeas ipsum: qualem habeas aperuit esse naturam uocis. Naturam autem uocis habere in se quantitatem, cur ergo eam addidit? nēpe (ut dixi) pro reliqua parte qualitatis. Quasi eodem modo, quo Cicero facit, qui iustitiam diuisit in iustitiam & beneficentiam. Et apud Modestinum de iure ciuili, adoptionis nomen est generale, in duas autem species diuiditur, quarum altera adoptio si militer dicitur, altera arrogatio. Adoptatur filius familias, arrogatur qui sui iuris sunt. Sed quid in re aperita disputamus: an nō hoc ipsi quoq; uulgo notum est: apud quod si quis interroget qualem

Adoptatio.
Arrogatio.

uocem habuit Stentor: respondeas magnam, gran-
dem, uastam, instar uocum quinquaginta hominū:
aut ē contrario de altero exiguam, tenuem, pusil-
lam, modicam, angustam & pene dimidiām uocē.
Quantitatis dicunt esse (ut pergam dicere) aliam
longitudinem, profunditatem, quæ non uideo qd
inter se differant, nisi forte quadam qualitate: nam
in area quadrata & quis lateribus, quæ est longitu-
do: quæ latitudo: nōne eadem? Aut quid est aliud
latitudo quam longitudine obliquum? propter
quod de quibus dicere solemus plus longitudinis
esse in obliquum, quam in rectum: ut etiam geo-
metræ de orbe terrarum: etiam in mensa cui assi-
demus longitudine ipsa, latitudo est. & latos agros
uocamus, qui quoquo uersum hoc est in longū &
latum protenduntur: & latifundia nō modo quia
lati sunt fundi, sed quia etiam longi. Etiam longi-
tudo & in altitudine est: ut hic homo longus est,
id est, altus. Quæ item lōgitudo est in circulo? quæ

Altitudo. latitudo: ergo non differunt hæ, nisi quod illa in
rectum porriguntur, hæc in transuersum: ex qui-
bus duabus aiunt constare superficiem: & si addas
profunditatē constare corpus: Nullum enim corpus
constare nisi ex dimensionib⁹ trib⁹ & ob id subiectū
Corpus. corpus quantitati qd lōge stultissimum mihi uide-
tur. Neq; enim corpus est quantitas aut ē dimen-
sionibus constat: quia aliud est quantitatem in se
habere, siue dimensiones, aliud esse quantitatē uel
ē quantitatibus constare: Quemadmodum neq; ex
qualitatibus constat corpus quas habet, quoniam
sine essentia nequit esse. ut dicēdum fuerit corpus
constat ex essentia, & alijs nonnullis qualitatibus,

tum

tum uero longitudine recta, obliqua, profunda.
 Nec negādum, superficiem (in qua sunt duæ dimen-
 siones longitudo, et latitudo) esse corpus: quia qui
 superficiem tangit, corpus tangit. Neq; hoc sine
 illa, neq; illa sine hoc, aliquid est: Quanquam sup-
 ficies corporis. quoniam plures sunt, non sunt tan-
 tum longæ & latæ, sed etiam profundæ. Superfici Supficies.
 es enim ueluti in corpore cubico, illæ quatuor la-
 terales, profunditatem siue altitudinem indicant,
 ut illæ duæ planæ summa ac ima longitudinem ac
 latitudinem: que & si duæ: tamen quaternariū nu-
 merum adæquant: quia in earum utraq; est longi-
 tudo & latitudo, ut fiant duæ longitudines ac toti-
 dem latitudes, in harum quatuor singulis nihil
 inest, nisi altitudo siue profunditas. Itaq; sicut nul-
 la superficies est longa nisi lata, nec lata nisi loqua,
 ita neq; talis nisi profunda siue alta. Quare si superfi-
 cies non est sine longitudine & latitudine: & lati-
 tudo sine altitudine: sed extrema pars corporis,
 hinc longitudine & latitudine, illinc altitudine si-
 ue profunditate, non uera est eius definitio ac ne-
 linea quidem, ut sit linea longitudo sine latitudi-
 ne. Nam superuacuum est sine latitudine. Quæ si
 superuacula non foret recte addidisset Varro & si-
 ne altitudine: Quid enim attinet addere de latitu-
 dine, cum nominaui longitudinem: sed quia nomi-
 nata est linea, putauit addendum illud (sine latitu-
 dine) quia uera linea, uel à lino: uel è ligno ex atra-
 mento, aliouē quod oculis subiicitur facta utiq; ali-
 quid lati habet: quasi ipsa de uera linea loqueret,
 quod nomen quia non proprium est, sed aliunde
 sumptum, sic fuit definiendum. Linea est certi spa-
Linea.

40; LAVREN. VAL. DIALE.

cij longitudo evidentiae gratia in speciem uerē li-
neæ descripta. Quo magis miror istorum uanita-
tem, qui cum addant illud, sine latitudine. aiunt li-
neam additam lineaæ, non facere illam latiorem,
seu latam: & mille lineas posse esse in quantulo-
uis interuallo, cum linea quantum ad latitudinem
nihil sit perinde ac si diceretur millies, nihil addi-
tum ad nihil non faciet illud magis uel maius uel
aliquid. Lineæ partem negant esse punctum: quia
nō solum cius nulla pars sit, sed ipsum nulla pars:
Et tamen aiunt terram instar cœli, rationem ob-
tinere puncti, ubique cauillantes & imprimis na-
turam ipsam uerborum deprauantes. Superfici-
em uocant quantitatem, cum apud cœteros aliud
significet, ut in iure ciuili, ubi de superficiebus agi-
tur. Linem uocant longitudinem sine latitudine:
cum cœteri, & priores, & posteriores, non talem
sentiant. Punctum uocant cuius nulla sit quanti-
tas.

Punctum. Quod cœteri aliud sentiunt: ut cum dicimus,
puncta in brachijs fabrorum, & in frontibus ser-
uorū, ut in scribendo ratiocinandoq; facimus pun-
cta: unde dispungere dicitur.

Dispungere. Quod si nulla qua-
titas dicitur cū sit ita ut aliud additū alij, nihil pl^o
faciat: non intelligo cur punctū nō aliquid sit, cur
non aliqd sit quātitatis illud, quo duo globi ænei
se contingunt: qd fatet esse punctū, & nō plus fuit
duo talia puncta q̄ unū. At qui istos mouet, qd si
quantū illud dicat esse necesse hñt fateri rotundū
quale pingitur. In rotundo aūr, & anterior, & po-
sterior, & aliæ multæ partes insunt quasi non mi-
nima quæq; sint maxime rotunda, ut licet uidere
in puluere, in rore, in scintilla. Velem eos interro-
gare

gare an esse uelint aliquod corpus tam minutū, ut diuidi non possit in ptes, an uero non. Si uelint es se id, nō nisi rotundum est, eritq; punctum indiuisibilis quantitas, & aliud additū alij faciet quantitatē diuisibilē. Si nolint quæ ipsorū insania erit, qui tum conentur aliquid nosse aut imaginari mīnutius quā id quod deus fecit & q̄ natura reū fert: cum præsertim ita sit punctum, imago minimæ, ut linea longe quantitatis: Tum constituent punctum in medio circulo: quod ut nullum à deo est possum: ita nullum à nobis ponī potest, dūtraxat ad istorum legem. Iam uero duo illa puncta lineæ aut sunt in linea, aut alibi: si in linea, partem quid ni lineæ occupent: si alibi, & ibi locū occupabūt: quicquid locum occupat, id aliqua pars est. Aristoteles tñ negat esse in loco, sed lineæ terminos esse puncta: id ego ausim iurare eū non intelligere qui dicit: An ulli termini sine loco cē possunt? Sed eos fallit qđ terminos in lateralibus superficiebus constituant, ut in hac mensa, longitudinis eius termini ac capita sunt in dextra ac sinistra superficie altitudinis tabulae. Itaq; illic puncta in alijs lineis p̄ rem obtinebunt. Quā rem ideo isti nō animaduerunt, quod calamo lineam pingunt: quæ nihil habere uidetur altitudinis & cum ea frangitur in duas, fieri aiunt duo puncta: cum nihil sit additum lōgitudini lineæ. Et cum rursus coeunt lineæ, perire puncta: cum nihil deperierit lōgitudini quasi puncta illa q̄ coheserunt fuerint in superficie longitudinis & non profunditatis: ueluti si duas tabulas committas, atq; conpingas non duæ superficies planæ profundæ se contingent: quoq; puncta sunt in pla-

nis superficieb^o: sicuti plana sunt in profundis . Itaq;
manent illa puncta, non pereunt: & partem late-
ralium linearum occupant. Sed ad hoc dicendum,
istos induxit: quia cum sentiant lineam esse longi-
tudinem, credunt nunquam esse posse non longā:
ergo non posse redigi ad puncta , ita nec puncta
quantumlibet multiplicata facere posse lineā. Ve-
rum quis neget illam longitudinem posse redigi
ad breuitatem assidue deducendo. Sicut enim pun-
ctum ullum imaginare non possumus , quod pars
nulla sit linea: ita nec lineam quae non ad puncta
redigatur . Quæ duo an fieri possint, deo cognitū
est: quemadmodum duo simul corpora in una su-
perficie sint, ut neutrum sit altero superius, nec al-
terū sine altero tangi queat, ueluti in ligno & pru-
na: cui nescio an illud de contiguo, & continuo si-
mile sit, ueluti in duabus tabulis (ut dixi) commis-
sis, hoc est inter se contiguis: licet enim corpus cō-
tinuum non sit, nam duo sunt corpora non unum,
tamen(ut sentio) linea plana, cōtinua est, nihil in-
tercedinis in se habēs. Hæc de quātitate. Quid
dicemus de illo quod appellant ubi: an aliud erit.
quām aut substātia, aut qualitas, aut actio? Certe
Aristoteles cū ait ueluti in foro, & in Lycaeō , quod
Athenis est gymnasium, satis significauit, ubi esse
idem, quod in loco corporeo. At enim negant lo-
cum esse corpus quia sit superficies. O ineptias ho-
minum, id si ita est: ergo non in uase ligneo est ui-
num, nec in testaceo aqua, neq; in fictili olearū, neq;
in uimineo panis: aut hæc quæ dixi dolii, hydria,
fidelia, canistrum non sunt corpora. Quis unquam
dixit locum uasis, plenum uacuumq; esse non ipm
uas.

De ubi in
Aristote-
lem.
Lycaenm
Locus.

uas: cum ipsum uacuum uasis, aut spaciū solemus
 appellare locum: ut non est locus in dolio, aut in
 cubiculo, aut in scamno, & nihil loci uacat, multū
 loci uacat in hac domo, id ē, nihil spaciū uacui est.
 Sed quid loquor: qui uacuum uasis dixi & spatium
 esse uacuum: cum negant isti dari uacuum in natu-
 ra. Quid agam? quam loquēdi formulam sequar?
 quod iter tenebo: tritum ne & uulgare an hoc phi-
 losophantium: Superbum non tenere consuetum:
 flagitiosum à recto aberrare. Sed uideamus uter
 melius populus an philosophus loquatur. Popu-
 lis ait se appellare uacuum dolium, quādo humo-
 re caret: uacuam piscinam, quando uacat aqua uel
 piscibus: uacuum horreum, quando uacat frumen-
 to, uel legumine: uacuum forum, quando absunt il-
 linc homines: etiam fornacem uacuam, aut furnū
 uacuū, cū inde ignis amotus, aut extinctus est, seu
 lateres & panes absunt. Philosophus uult hæc ua-
 cua esse nō posse, qā sunt plena aere, q̄ abeunte ali-
 ud corpus ingreditur: & hoc egrediente ille succe-
 dit. Ita nunquam illa sunt uacua. Respondeat po-
 pulus penes se esse arbitrium, & normam loquen-
 di: Nec se talia appellare plena ubi nihil est præ-
 ter aerem, nisi quando aer ipse alicuius momenti
 est, ut uela nauium plena, & pila lusoria, siue fol-
 lis lusorius, & uter aduentante uindemia plenus
 uino dicitur: Nam si craterem sine humore ob id
 plenum uocas, quia aer infidet, quid oportebat tā
 quam in re admiranda & populo ignota gloriari
 dicētem: nihil datur in natura uacuum, cum id pu-
 eri sciant, hi presertim qui follem illum aut uesi-
 cam flatu implere consuerunt: Et tamen si nihil
Vacuum.
 g 5 est in

109 LAVREN. VALLAE DIALE.

est in natura uacuum, profecto nec plenum aliqd erit, sicut nec durum, nisi fuit molle : nec leue, nisi graue: aut amarum, nisi dulce: & ita in cæteris. Nā hoc ipsum quod ajunt, non datur uacuum in natu-
ra, perinde est ac si dicerent, non datur aer in natu-
ra, quia nihil sit. Melius igitur populus, quam phi-
losophus loquitur: cum quo summi quicq; autores
consentiunt uocantes aerem medium, nunc uacu-
um, nunc inane, ut Vergilius: Vacuum per inane
sequuta. Quintilianus: per inane longum. De quā-
do solent itidem cauillari, ut de ubi, quod signifi-
cat in aliquo tempore: Nam omissis cauillationi-
bus, consideremus quid sit tempus : id mihi uideat
actio, quam animo cognoscimus, & quidam cur-
sus essendi, siue essentiæ illius inquam Boetianæ:
quæ idem est quod ipsum esse, & quasi quidā cur-
sus uitæ rerum. Res etiam hoc ipso quod sunt (ut
superius dixi) quandam quasi uitam habent, & cū
desinunt quasi mortem obeunt: ut ignis, ut uetus,
ut calor, frigidusue, ut odor, ut nauigatio ut cæte-
ra huiusmodi quæ quamdiu sunt, quodammodo ui-
tam agunt: cum cessant, quasi mortem obeunt: ut
dixi. Necq; uero mensura motus, aut numerus mo-
tus, non modo quia in quiete etiam est tēpus, sed
etiam quia admittit mensura numerum: & tēpus.
Est enim mensura (ut superius dixi) quantitas, nec
aliud quantitas quam mensura: & ipsa mensura re-
cipit numerū: dicimusq; longum, & breue tēpus:
& multos & paucos dies. Nam numerū dicere ali-
um esse qui numeret, alium qui numeretur Aristó-
telicæ tantum confidentiæ est: per numerum non
ipsum etiam dixi, sed aliū numeramus. Quod ue-
ro ad

Quando

Tempus

Numerus.

LIBER PRIMVS.

107

Et addunt, secundum prius ac posterius: id super-
vacuum est, quia si prius esse uel posterius, qualis-
tas temporis est: tamen per se est tempus prius, &
per se tempus posterius, nec unum sed duo sunt te-
pora: Quemadmodum per se est tempus praesens.
Quod praesens quidam noluit tamen dici tempus:
quia præteritū desit, & futurum nondum adest: id
non obstat quominus & præteritum, & futurū di-
catur tempus: quia cum dico fuit tempus, signifi-
co quod fuit sua praesentia illi tempori: & cum di-
co tempus erit, quod sua praesentia futuri tempori
erit. Neq; aliud est prius & posterius, quēadmodū
nec praesens, nisi in tempore: qm̄ prius posteriusue
natura uel ordine uel dignitate, à nemine nisi à ca-
ptiosis, aut certe in eruditis dictū est. Si em̄ de alia
re q̄ de tpe agunt, cur nō alijs uocabulis utuntur:
Totū est inquietum prius partē, genus prius specie,
Species prior individuo: ciuitas prior domo aut
prior singulis hoībus, bonū prius malo. Cur non
potius dixerunt, satius, dignus, maius, amplius, su-
perius, excellentius, honoratius, præstantius. Quā
quā prius fuit pars (ut sentio) q̄ totum, ut in scribē-
do, edificādo, fingēdo. Et prius unus homo, q̄ una
familia, & una familia, quām una ciuitas, & Adā,
quām species homo. usq; adeo enim uidentur isti
philosophi uerborum captionibus passim struere
rerum quæstiunculas. Habet autem quantitas tem-
poris propria nomina suarum partium, sicut quā-
titas corporis, & quantitas ponderis, etiam quan-
titas numeri: ut em̄ in agro aut in itinere metiēdo
dicim⁹ digitū, pedē, cubitū, passum, iugerū, stadiū,
miliarium, & apud Gallos leugam, apud Persas
parasan

Prius po-
sterius.Spatoriū
noia.

108 LAVREN. VAL DIALECTI.

Partes pō
deris.

Momentū
Punctum.
Nunc
Tunc.

Dies.

Anni par-
tes.

parasangam. Et in ponderando, sextulam, unciam, libram: siue unciam, sextantem, quadrantem, triētem, quicuncem, semissem, septuncem bessem do- drantem, dextantem, deuncem, assem: Quæ ratio in omni re partienda habet locum, etiam in numerando: Nam sextans est sexta pars è duodecim numero. quadrans quarta pars: triens tertia pars, qui cuns non quinta, sed quinqꝫ partes: & ita deinceps: Sic in tempore metiendo dicimus semihoram, ho ram, diem hebdomadem, mensem, annum, & similia. Momentum paruum sed incertū tempus signifat: Punctum uero minimum, sed ita (quantū sen- tio) ut additum puncto faciat plus temporis: qđ quidam appellant nunc, quasi plus sit tunc, quam nunc. Individua temporis sunt, cum hæc duo, tum illa, heri, hodie, cras, nuper, dudū, perendie, quæ ad uerbia in nomina resoluuntur, heri, hodie, hester- no, hodierno, cras, crastino die, sicut illa individua loci hic, illic, alicubi. Dies autem duobus mo- dis dicitur, aut spaciū quatuor & uiginti horarū: ut nauis uenit Alexandria intra decem dies: in q- bus diebus intelliguntur & noctes, aut spaciū qđ sol est super terram, quod distinguitur à nocte, & licet hic dies sit pars illius diei, & item nox, necno meridies, mane, crepusculum, uesper, conticinium, tamen significant & mundi habitum: qui uisu co- gnoscitur, & nonnihil tactu. Inde est serenus dies, serena nox, calidus dies, frigida nox. Huiusmodi sunt uer, æstas, autumnus, hyems: quæ & partem anni indicant & mundi habitum: ut uer aquosum aut nubilum: æstas sicca calidaqꝫ, autumnus uento sus: hyems niuosa: quorum nihil ad tempus attinet.

Quemadmo,

Quemadmodum dicitur dies festus, mensis solemnis, annus sollicitus, tempus feriatū, improprie atq; figurate: Cum sit ciuitas in festo agendo per diem occupata, apparatus per mensem solemnis, homines per annum solliciti, populus feriatus per tempus. Etiam occasio & oportunitas temporis, non sunt proprie temporis qualitates, sed rerum in tempore agendarum commoditas & (ut sic dicam) habilitas atq; aptitudo. Restat ultimum ē de Pati-
cem Aristotelis prædicamētis, quod est pati: Ego
quid aliud sit pati, quam sentire passionem, non ui-
deo: ut dolere, timere, miserere. Nam quod dicuntur
quadam uerba passiuia, ut diligor, timeor uo-
cor, audior, hoc nullum argumētum est: Quia grā-
matici sic appellauerunt: non magis quam quod
dicunt casum accusatiūm, ablatiūm, datiuū, quasi
hic utiq; accusationi seruiat hic oblationi. Et mo-
dos imperatiūm quasi utiq; imperet, & optatiūm
quasi semper optet, & subiunctiūm quasi non ni-
si subiungat: Et gerundia quasi gerant, & supina
quasi resupina iaceant. Quid enim potior si dili-
gor, aut, timeor, aut audior, aut etiam uocor, ni-
si audio, in audio autem actio est: est igitur ut di-
cebam, pati actio: quoniam sentire passionem per
inde ut actio est: ut intelligere periculum: Aut erit
ipsa passio quæ iam qualitas est, & quidem in ani-
matis: In rebus autem insensibiliibus nulla est pas-
sio, quia nihil patiuntur, sed suapte natura agunt:
sive enim lignum inflectas, sive lapidem in aerem
iactes, sive ignem depromas, aut extinguas, sive
quodlibet corpus frangas, nihil patitur hoc ipso,
quod nulla passione afficitur, quodq; à sua nunq;
natura

Occasio,

Verba pas-
siua.Casus.
Modi.

Gerundia.

natura discedit, nec intermittit agere, qd sibi naturale est: lapis enim grauitatis actum non describit, sed ab acre deorsum tendit, & ignis sursum, & quo ad uiuit uibrare, lucere, collustrare, calere, calefacere, urere non cessat, & ita in cæteris, quorum natura in eis est causa efficiens, siue causa agendi: Nā finalis nulla est quia pposito animi uacant. Quid autem isti aiunt, sensum pati ab obiecto, uidentur mihi uerbi proprietate abuti. Esto enim ut color ad uisum tendat, & sonus ad auditū. Non sunt discendi pati sensus ab obiectis, sed recipere obiecta. Nam tunc ab his patiuntur, cum ab his offendunt: ueluti cum nimius splendor uisum, aut nimius sonus auditum, aut nimius calor, uel percussio incisioq; tactum afficit. Nunc à sensibus illa recipiuntur tanq; à manibus poma de arbore cadētia: quæ nisi à manibus exciperentur, frustra in manus decidebant. Agunt igitur sensus, dum suis funguntur officijs: non patiuntur, nisi cum dolent. Sed qm paulo ante id in medio reliqui, nunquid inter sentiendum obiecta soleant tendere ad sensus suos, an sensus ad sua obiecta? Peripateticis placet colores tendere ad uisum, sonos ad auditum. Macrobio, cū multis philosophis, necnon Lactantio uidetur uis ipsa cernendi tendere ad obiectum: Nec sine causa uidetur, aliter non cerneret melius, qui acuto uisu ē eminus q̄ hebeti: cum inter hunc, & illum in reb; cominus cernendis parū intersit: nec colores & figuræ feruntur ad uisum, beneficio splendoris: sed ad oculū, uelut ad speculū. Ideo enim imagines iliae cernunt in oculo, quas in se oculus ipse non ceruit, & id qd cernit non in acre; nam in qua parte aeris

Viso quo
stat

aeris, sed in loco suo cernit, neq; id sine splendoris auxilio. De sono autem simile quiddā dici potest: cuius mirabilis illa natura est, ut dum uehementior est, corpus etiam inexamiatum concutiat, ue-
luti in tonitruo: ut exiguus quoq; aliam rem, unde respondet uox potest, moueat ac pulset, & ue-
luti ad concentum prouocet: ut in nervis uel eius-
dem uel diuersæ cytharæ ad harmoniam tempera-
tis: deprehenditur frequenter etiam in cymbalis,
ex quo quanq; uideatur sonus ad illa tendere, etiā
quæ sensu carent, tamen aliam quandam latentem
illuc uim mittit. Sed ne de singulis sensibus dispu-
tando longius euagemur, & librum iusto prolixio-
rem faciamus, simus hæc dixisse contenti.

An magis & minus cadat in qualitatē,
& non in substantiam.

CAP VT XVIII.

Hec habui de prædicamētorū numero' quæ
dicerē, facturus finē, nisi hoc Aristoteles
adderet qualitatem ac pleraque alia prædicamen-
ta, recipere magis & minus substantiam non reci-
pere(ut interpretatione Boetij utar) ut hæc sub-
stantia homo, non est magis & minus homo, ne-
que ipse à se neq; alter ab altero: sicut album est
alterum altero magis album, et bonum alterum al-
tero magis bonum, & ipsum à se maius & minus
dicitur: ut corpus cum sit album, magis nunc esse
album dicitur quam prius, & cum calidum est,
magis & minus calidum dicitur: substantia uero
non dicitur. Nihil enim magis nunc homo quam
prius dicitur, neque aliorum quicquam quæ sunt
substan-

Soni natu-
ra.

Magis &
minus

substantiæ: quapropter non recipit substantia magis & minus. Indigna sane homine eruditio oratio, qui pene prima clementa grāmatices aut oblitus uidetur, aut non didicisse: magis enim & minus cum nomine substantiuo iungi grammatici negat, sed cum adiectiuo, aut quod uim obtinet adiectui, cum quo iunctum illud aduerbiū magis, instar est nominis comparatiui, quod nunquia substantiuum est: Magis doctus, unde fit doctior: minus doctus, unde forsan dici possit indoctior, ex homine autem cum non fiat hominior, ineptum fuit dicere, non recipere substantiam magis & minus, sicut recipit qualitas. Hoc unum peccatum: nam tibi hoc loco peccauit Aristoteles. Alterum & quidem multo grauius: quod per æque respuit, magis & minus qualitas atque substantia: & per æquè recipit magis & minus substantia ac qualitas: dico per æquè respuere, quoties & ipsa qualitas effertur nomine substantiuo. An color hic magis minus'ue color quam ille, aut sapor, aut sonus: nec id in qualitate solum, sed in octo reliquis eius prædicamentis. An magis quantitas hæc quam illa: aut relatio, aut tēpus, aut situs, aut habitus, aut actio, aut passio, aut locus, nec maiora aut minora alijs dici solent, non magis & minus: nisi & substantia dicatur: dico rursus per æquè recipere, quotiens et ipsa substantia efficit sua adiectua lapis lapideus facit, & marmor marmoreus. an non dicetur hæc domus est magis lapidea quam illa: & illa minus quam hæc: ut Augusti principatu urbs Roma fuit magis marmorea, & minus latericia: quam sub C. Cæfare, & hic sanguis magis aqueus aut minus quam ille

ille, & hæc res est magis minus'ue corporea quā illa. Itaq; aut utrobiq; erat utendum substantiuo, corpus & albedo, homo & calor: aut utrobiq; adiectiuo, album & corporeum, calidum & lapideū, nam homineum non dicimus: Quæ res Aristotelē fortasse decepit, non animaduertentem se ponere album & bonum in supposito quidem, substatiua: in apposito autem, adiectiuia, id quod in corpus & homo non cadit. Nam nisi substatiua essent, quo modo eis responderent apposita? cuius rei signo est quod nihil ad modū interest, hæc adiectiuia an absint: ut hoc corpus est magis minūsue album seu calidum illo: & hic homo est magis minūsue bon^a & honestus illo: an assint in supposito: ut hoc corpus album seu calidum: & hic homo bonus & honestus. Tertium peccatum est, quod non modo substantiuia, quæ obtinent quandam uim adiectiui, recipiunt magis & minus: ut magis sit eius qui natus est, quam factus, & adscriptitus est: magis affinis qui meæ uxoris frater, & ego inuicem uxoris eius, quā qui non utrinq; affinis est: magis dominus, cuius solius mancipium est, quam cuius cū altero cōmune: magis præceptor, quem diutius audiisti, & à quo meliora: magis hostis, cū quo de uita, quam cum quo de libertate contendis, & minus hic hostis quam ille: magis etiam Quirites, qui ex uetustissimis familijs, quā qui libertinis orti parentibus: magis & frater, qui ex utroq; parente (quo tu) quam qui ex altero tantum genitus est. Vnde Plautus inquit, o patruie mi patruissime. Sed etiā quæ sunt meræ substatiæ, ut laterculus bene coctus est magis lapis quam male coctus: & in exci-
h dendis

dendis montibus audimus lapidas frequenter dīcentes, hoc est magis creta, quam saxum, aut magis tophus, quam marmor, & magis sabulum, quam glarea: & hoc est (nos dicimus) magis plumbum, quam argentum, & magis æs, quam aurum, & hoc est magis acetum, quam uinum, & hic hermaphoroditus est magis uir, quam foemina, & Achilles magis fuit homo quam Chyron, quale apud Herodotum: ἀλλ᾽ ἐπ τῷ μᾶλλῳ δρόῳ οὐτοις ὁ λυκοῦρε. nisi uolumus dictum esse magis quam potius: quod tamen ita accipere non necesse est, sic nec illa crocodilus est magis anguis, quam piscis, & rana minus est piscis quam orata, & uestertilio minus est avis, quam columba. Sed quid tot agimus exemplis, cum ipse Aristoteles dicat, hominem magis esse substantiam siue uisam, quam id animal: quod superius negauerat, neq; attinet distinguere substantiam seu uisam prima à secunda, ut individua sint primæ substantiæ, ut Plato, Socrates, species uero & genera secundæ, ut homo & animal. Nihil mihi uidetur Aristoteles magis elaborare, quam ut sciētiam suā intricer, & innoder. Sicut autē substantia recipiunt nonnunquam magis & minus, ita nonnunquam adiectiva non recipiunt: non dico loquendi usu, quale est Romanus, Italus, Poenus, & si Plautus dixit: nemo est me pœnus pœni or, si mō adiectiuū est pœnus. Sed etiam natura & rei ueritate ut impari imparius, cubitali cubitalius, triplici triplicius, pleno plenius, rotundo rotū dius, quibus ad exactissimam ueritatis legem ac Stoicam loquentes non utemur: & (ut inquit Cicerō) non ad aurificis staterā sed ad popularē quan-

Adiectiuū
Incompa-
tibilitia.

dam trutinam: Quod si in comparatiuo' non licet minus licebit in superlatiuo. Illud uerone popularis quidem trutina iam permiserit: quod in Homero & alijs poetis, quod in Herodoto Thucidideq; & alijs historicis, qd in Demosthene, & alijs oratorib⁹, quod in Platōe Aristoteleq; & alijs philosophis uerustis reperitur, superlatiuum ac commodari ad ea quæ non sunt eiusdem generis, aut numeri: ut Achilles fuit fortissimus non dico Trojanorum: nam in hoc nemo peccaret, sed fortissimus aliorum cum Achilles non fuerit unus aliorum, ut fuit unus Græcorum: In hoc omnes quos nominaui non ausim dicere, utiū inciderunt. Quale est apud Macrobiū eodem quo dixi superius loco de Saturnalibus libro ultimo. Cur in Aegypto quæ regionū aliarum calidissima est: uinū & cætera, Aristoteles etia sine superlatiuo: ut in problematibus λαλεῖ γὰρ οὐδὲ τῷ μὲν ἀλλῷ γάρ τῷ τῷ τοιούτῳ quasi hō sit de genere aliorum animaliū, quem à græcis animalibus excipit.

Inter quæ sit medium.

CAP VT XIX.

Quoniam de magis ac minus diximus, dicamus aliquid de medio, cum inter alia, tum uero inter duo adiectiva contraria: quæ tñ de medio mihi duplex uidet esse quæstio: una an id quod nullam partem duorū habet, medium sit: altera an id quod ex utroq; constat, utroq; reperiatur Prima an inter albū & nigrū colorē sit medius uiridis, sit croceus, sit uenet⁹, sit uiolaceus, sit rube⁹: ego nō sentio: Quia inter acutū sonū & grauem non est medius, nec dulcis, nec facilis,

h a nec

nec clarus, nec firmus, nec flexibilis, nec his contrarij. Nec inter dulcem & amarum saporem, est falsus & acidus, & his cōtrarij. Nec inter calidum & frigidum tactum, est mollis tactus asperq; sed potius alij licet pauci sunt nominati, ut fuscus int̄ album & nigrum: & tepidus inter calidum & frigidum: & inter dormientem & uigilantem semi-somnus: & inter diem & noctem crepusculum: licet crepusculum potius noctis sit, sicut inter diem & noctem diluculum uel mane. Altera quæstio ē, an aliquod tēpus sit inter diurnum nocturnumq; aliquis status inter dormientem uigilantemq;. Itē int̄ uiuum & mortuum, int̄ sanum & ægrotū, idiotam & literatum, sobriū & ebrium. Inter quæ ad legem ueritatis ipsius medium fortasse nō erit. Sed ad communem intellectum, non minus inter hæc medium est, quām inter illa superiora, album, & nigrum, acutum & graue, calidum & tepidum, & similia. Ideo autem media dicuntur, quia dimidiatum huius & dimidiatum alterius habent: ut fuscum quod ex dimidio albo, & dimidio nigro constat, ut utrumq; est albū & nigrum: ita neutrū nec album nec nigrum. Quod illud constat, maiorem contrarietatem esse (quod isti negant) in oppositione, quām in negatione: ut in nigro & albo, quā in nigro & non nigro, alboq; & non albo: & item in cæteris, quoniam magis aduersatur, magisq; cōtrarium est, quod nihil habet societatis, quām qđ habet: album nihil habet nigri, & nigrum habet nihil albi. Non album uero, siue non nigrum (ut puta) fuscum non nihil habet. Quemadmodum tenebræ sunt magis aduersæ atq; contrariæ luci, & lux tenebris,

Crepuscu
lum.

Oppositiō

tenebris, quām umbra, quæ non lux est, nec tenebræ. Quod seruis quoq; atq; parasitis ignotum nō est: si modo Parmeno & Gnato dicendi sunt, & nō Terentius loqui: interrogatus à Parmenone Gna-
to, quid de puellæ forma sentiret, quia nec bonam dicere uolebat, ne laudaret hostile donum: nec ma-
lum dicere poterat, quia maior erat pulchritudo quām ut uituperare posset: respōdit non mala her-
cle. Et quāmuis ea quæ dicitur, non mala, non ne-
getur esse bona, possitq; & bona esse, tamen nec bo-
na esse affirmatur: ut potius sit in negatione diuer-
sitas & contrarietas. Sed destinatus est nobis pro-
ximo libro locus de disputatiōe negatiōis, quo to-
to libro de uerborum interpretatione (ut initio p-
misi) disseretur. Ad quem ueniemus, ubi diffinitionem eiusq; (ut sic dicam) germanam descriptionē
tractauerimus. Omnia eī de quibus locuti sumus,
tam prædicamenta, quām prædicamētis subiecta,
ad diffinitionem tanquam ad regium censorem et
quæstorem ærarium, ut recognoscantur ueniant,
ac presto sint ei necesse est.

De definitione, descriptione, ety-
mologia & proprio.

CAPVT XX.

IDcirco autem diffinitionem appellaui re-
gium censem, quæstoremq; ærarium: qd'
nihil aliud considerat quām illud regium
uerbum, quid, id est, quæ res. Quemadmo-
dum eius ministra interrogatio, eodem uerbo uti-
tur: ut quid est homo? quid est animal? quid est cor-
pus? Quapropter Boetius cum de multis uiris, tū
de sua lingua male meritus est: cuius proprieta-
h , tcm

Boetius
grēcissat

LAVREN. VALLAE DIALE.

tem non animaduertens, ad græcissandum nos inducit: Qui ita Porphyrium transfert. Diffiniūt autem & eam hoc modo, differentia est quæ de pluribus, & differētibus specie, in eo quod quale quid sit prædicatur: rationale enim & mortale de homine prædicatur in eo quod quale quid est, sed non in eo quod quid est. Quid est enim hō interrogatis nobis conueniens est dicere animal: Quale autem inquisitis, quoniam rationale & mortale est, conuenienter assignabimus. ne aliena forsan eum ad uerbum transferendi necessitas excuset, ita inquit, in primo super prædicamenta libro: Dicimus enim quale uocabulum est homo: & proprie respondeamus homo. Priscianus quoq; ipse, non docte græcisans cum alibi, tum in opere de. xij. Vergi. ueribus ait: Arma quæ pars orationis: nomen: quale nomen: appellatium, & ita in cæteris. Ego more ueterum latinorū interrogasset, quod uocabulū et quod nomen: non quale ut græci faciunt: qui nō tam aptam ut nos uocem habent. Quanquam & ipse Porphyrius peccauit, qui interroganti quid est hō, putat respondendum, est animal. Quin potius est rñdum animal rōnale mortale. Cur illam partē (ut putat qualitatis) relinqt? cur dimidiat ā reddit responsonē? aut si nolebat in totū reddere responsum: cur non respōdebat substātia? Cum rursus interrogasset quæ substantia? responsurus corporeā: tum quod corpus? respōsurus animatū: qd autem corpus aiatum? sensibile, qd dicit animal: quod autem animal: rationale: quod porro animal rationale: mortale. Porphyri cū quis interrogat per quid

Priscian,

Quale

Contra
Porphy.

Quid.

quid oia semel interrogat: cui tu male non semel,
non oia respondes. Quid enim (ut ostendi) & sub-
stantiam & qualitatē & actionē cōplectitur, ut qd
est color, quid est uox: quid sapor, qd aratio, quid
species, quid differētia, id est, quae res? Animaduer-
tisti ut ipsa sermonis natura nos docet interrogā-
dū, qd' aīal: nō quale animal. In quo & grācos ex-
cusauit superius interrogantes per quale: quia qd,
& quod non hñt, ut nos disiunctum: tñ non ubiqz
admitto excusationē, nec recte puto querere Ari-
stotelem aliosqz cum querunt, qualis est ignis? qlis
est lapis: nam qualis cōparationem indicat, & suo
substantiuo indiget: quod aut effertur, aut subaudi-
tur: ut quale est templū urbis tuæ, ac qualis fuit A-
chilles: qualis Helena: qualis Bucephalus: qualis
Sicilia: qualis nilus: subauditur tanquā notū, vir,
mulier, equus, insula, fluuius, sicuti in quantus: fitqz
comparatio ad ea hæc quæ sunt eiusdem generis,
eaqz de re habent sua relativa, talis & tantus: Vbi
uero deest relatio, & ob id subaudiri nō potest sub-
stantium, quæ tandem significatio erit oratio-
nis: ignis nēpe qlis ignis: & aer, qlis aer: & lapis,
qlis lapis, quasi qppiam possit secū ipso cōparari,
dicendū erat, quale corpus: ut cū alijs corporibus
posset compari, ut elephas quale animal est: ut cū
alijs animalibz cōparetur. Sed nūc descriptio erit
definitio. Quippe descriptio ē qualitatū oīm qz ali-
cui rei assunt: & eiusdem actionū explicatio. Nam
qrenti quale est brutū elephas: respōdebo, uastū
multoqz grandius bubulo, nigrū, nullo pene collo,
longissimo & flexibili naso, quo tanqz manu ad res

h + capien

Descriptio

capiendas, oriq; præbendas utitur, duobus sursum
uersum dentibus, tanquam cornibus eminentibus,
& reliqua. Quare non est illa descriptio (ut uult
Boetius) Aristotelis: Qualitas est secundum quam
quales dicimur. Non dissimulauit Boetius ineptā
illam esse definitionē, cum dixit notius nomen esse
qualis, quā qualitas, sicut albus quā albedo, & grā-
maticus quam grāmatica, & idcirco dixit esse de-
scriptionem. Sed falsum est prædicamenta descri-
bi posse, quia descriptio nec locū habet nisi de de-
finitione constet, nec aliud est quam ultimarū in-
ter se specierum individuorumq; differētium qua-
litatum & actionum enumeratio. Ergo quod uo-
luit Aristoteles definire, non potuit: ignorans per
res prædicamenta definire posse, et si nonnunquā
ueritate cogente, non quidē fateſed demonstrat
ut id accidēt est quod potest adesse & abesse citra
subiecti corruptionem. Nam quod est antecedēt,
est id, qd' significat, ea res: Nisi dicimus forma nō
subaudiri antecedens: ut in illo. Forma est quæ dat
esse rei, & distinguit rem à re, & conseruat eam in
esse. Et quale fuit illud superius: Qualitas est secū-
dum quam quales esse dicimur: & illud, differentia
est quæ: & cæt. Neq; me capit, hunc modum loquē-
di apud summos autores esse usitatum, quasi aut
nullum sit antecedens relatiū, id est, appositiū uer-
bi aut idem nomen pro apposito repetat sic. Qua-
litas est qualitas secundum quam: & forma est for-
ma quæ: & differentia est differentia quæ: & acci-
dens est accidēt quod: sed siue suppositum pro ap-
posito repeti, siue nullum esse appositum dicas res
dictu absurdissima crit: Ergo dicamus sic accipien-
dum

dū, ac si fuisset dictū, res ut sit q̄litas est res secundū
quā q̄les dicimur, & forma est res & differētia est
res. Verū si putasset Aristoteles in his definitiōib⁹
subaudiri res, non ita opinor loquutus fuisset: præ
sertim in hac definitione, forma est res, quæ dat eſ
ſe rei, & distinguit rem à re, & conseruat eam in
eſſe. Nam si ipsa eſt res, cui rei dat eſſe? nempe ſi
bi: præterea quā rem à qua re distinguit: proſecto
ſeſe à ſe, ſiue ſeipſam ab altera. Quid ipm eſſe, nón
ne eſt res? quid ipsa res: ſine forma nihil erit, nam
aliter non habet eſſe: quid ipsa forma: ſine re ha
bet in ſe eſſe quod alteri dat. Vides quoſ errata ex
malis perceptis uocabulis conſequuntur. Nam ne
deprehendere quidem opinor Aristotelem ſub
eſſe res in illo quid: etiam cum diffinitiōem ipſam
definit inquiēs diffinitio eſt oratio, quid eſſe ſigni
fiſcas. Sed hōc quid pro aliiquid fortassis accipitur:
quæ definitio nihil definit. Nunquid ſi dicam tu
eſ homo aut homo eſt animal, non tam ſignifica
bo aliiquid quām quis: non utar definitione. Quod
ſi intelligebat quid pro quæ res: dicendum erat: &
definitio eſt oratio quid ſignificans, id eſt, aliiquid
ſignificans. Apertius eum ſequutus Cicero inqui
ens: diffinitio eſt oratio, quæ id quod diffinit, ex
plicat quid ſit. Alibi non multo expreſſius, & ſi
pluribus uerbis: Diffinitio eſt earum rerum quæ
ſunt eius rei proprie, quām diffinire uolumus bre
uis & circumscripta quadam explicatio, Cognati
or eſt descriptioni quām diffinitioni, iſta diffini
tio. Optime Quintilianus: finitio eſt rei propositę
propria, & dilucida, & breuiter comprehensa uer
bis enuntiatio: conſtat maxime gñe, ſpecie, differē
h 5 tibus,

Diffinitio

122 LAVREN. VALLAE DIALE.

Etymologia. tibus, proprijs. Ideo autem maxime ex illis confite
re definitionem dixit: quia per etymologiam, cui
(ut ipse inquit) in definitionibus assignatur locus,
non ita finitur: ut assidus ab aste dando, locuples
à locorum, pecuniosus à pecorum copia. Quod si
male ab illis definita est differentia, ipsi eam com
modius definiamus. Differentia est qualitas, qua
species distinguitur à specie. Omnis enim res, qua
distinguuntur aliqua inter se, qualitas est. Genus
est id quod de suis speciebus prædicatur: nam su
peruacuum est addere, in eo quod quid, item in spe
cie. Species est quod prædicatur de suis individuis.
Differētia
Genus.
Species.
Individuum Individuum est quod iam de alijs non prædicatur, sed ipsum sub sensu uenit, aut sub sensu: ut So
crates, ut Plato, ut Bucephalus, ut Xanthus. Cum
autem dicimus hominem differre ab equo specie,
de individuis accipiendum est: ueluti de Socrate
de Bucephalo, nō de speciebus: Nam species à spe
cie nō potest differre specie, cum ipse sint species:
sed earum individua quæ differre inter se specie
nihil aliud est, quam esse diuersæ speciei. Quid spe
cies in quo à specie differt? certe ipsa differētia.
Propriū. Quid individuum ab individuo eiusdem speciei? Isti
aiunt numero: quasi non sint ambo eiusdem numeri
sed superuacuum est querere quō differant individui
dua: ut superuacuum est, querere, in quo differat int̄
se prædicamenta: quanquam uix ullum individuum
est, quod non ab altero differat qualitate. Et ge
nus quidem & species & differens (quæ eadem
differentia dicitur) quid sit uidimus, quid autem
sit proprium, nunc ad extreum uideamus: de
quo ita Porphyrius ait. Proprium quadri
fariam

LIBER PRIMVS.

113

sariam diuiditur. Nam & id quod soli alicui specie
accidit, & si non omni proprium dicitur, ut ho-
minem esse medicum, aut geometrā. Hoc Porphy-
ri non est propriū, nec speciei accidit, quod ipsa
differentia est: qua differimus à brutis, quod isti
appellant rationale. Ratio enim siue excellentia
ingenij humani facit nos medicos, geometras, nau-
tas, fabros: ut non magis sit hominis proprium es-
se medicum uel geometram, quam esse rationalē.
Secundum proprium, Porphyrius ait, quod omni ac-
cedit & si non soli, quemadmodū homini esse bipe-
dem: Ne hoc quidē homini propriū, quod ei cū tot
auī gñibus commune est: sicuti nec eq̄ proprium
est esse quadrupedē, sed differens Quintilianī testi-
monio q̄ ait: Illud quoq; differens uocant, cum gñē
in specie deducto, species ipsa discernitur, aīal ge-
nus ē, mortale species, terrenū uel bipes differens,
nondum propriū est: sed differt a marino uel qua-
drupede. Tertium porphyrius facit, quod soli &
omni, sed non semper, sed aliquā ut homini cane-
scere in senectute. Cur non Porphyri semper ho-
mo canescit: nempe quia morte præuentus sene-
scere non potest. Atqui hoc nō prohibet, quin sem-
per homo canescat, quia id nō obstat in quarto cū
inquis: Quartum quod soli, & omni, & semp acci-
dit: ut homini risibile: nā & si nō ridet tamen risi-
bile dicitur: non quod iam rideat, sed quod aptus
natura sit ad ridendum: hoc autem semper na-
turale, ut equo hinnibile: Hæc autem uere dicun-
tur propria, quoniam conuertuntur: quicquid
enim equus, hinnibile: & quicquid hinnibile, e-
quis sit. Quid si intra quadriduum quām natus
sit infans

sit infans Porphyri moriatur erit ne risibilis? na-
tura inquis aptus est ad ridendum. Audio, sed nō
dum aptus est ad canescēdum antequam senescat
qui si nulla ui nullo morbo præmaturam mortem
obeat, & ad centesimum annum perueniat, profe-
cto canescet. Breuius igitur, & uerius, & accurati-
us Quintilianus: Proprium est (inquit) aut quod
soli accidit: ut homini sermo , risus: aut quod utiq;
accidit, sed n̄ soli: ut igni calescere , & sunt eiusdem
rei multa ppria: ut ipsius ignis lucere, calere. Sed
cur Porphyrius unum demū uult ē quattuor mo-
dis posse conuerti: An nō quicquid canescit & ho-
mo est: nō quicquid est medicus uel geometra est
homo. Risibile autē & hīnibile apud Porphyriū
pro qualitate accipitur: Ideo non probauerim eos
qui ita loquuntur, risibile ambulat, hīnibile currit,
pro re risibili, atq; hīnibili: quod me inuenisse non
memini. Nam in illo quicquid est risibile & hīnibi-
le est inclusum res , non autem in illo risibile &
hīnibile . Ait alio in loco Quintilianus : Sæpissi-
me autem quod sit proprium cuiuscq; rei quæritur,
ut si per etymologiam dicatur tyrannicidae pro-
prium est, tyrānum occidere:negamus. Non enim
si traditum sibi cum carnifex occiderit , tyrannici-
da uocatur: nec si imprudēs uel inuitus. His Quin-
tilianī uerbis addubitare cogor, an fatear qđ Ari-
stoteles, & alij aiunt, proprium esse trianguli, tres
angulos æq;les habere duobus rectis, non magis q
drati habere qtuor angulos rectos: aut instar q-
tuor rectorū & denarij numeri propriū eē, habere
duplū qnarij, & quinariū propriū esse habere dimi-
diū denarij, quia hæc non habent illa in se, sed ipsa
illa

sunt. Siquidem quinarius numerus, dimidium est denarij, & denarius duplum quinarij, & quadratum idem quod quatuor anguli recti, seu instar quatuor rectorum, & triangulum tres anguli pares duo bus rectis. Idem Quintilianus etymologiam etiā definit, et interpretatut, inquiēs. Etymologia quae uerborum originem inquirit à Cicerone dicta est notatio: quia nomen eius apud Aristotelem inuenit, σύμβολον quod est nota. Nam uerbum ex uerbo ductum, id est ueriloquii φ. ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui uim intuiti, potius originationem uocant: hoc habet aliquando usum necessarium, quoties interpretatione, res de qua queritur eget: ut cum. M. Cælius se hominē frugi uult probare, nō quia abstincens sit: nā id ne mentiri quidem poterat, sed quia utilis multis, id est, fructuosus, unde sit dicta frugalitas. Ideoq; in definitionibus assignatur etymologiæ locus. Nonne ubiunque Quintilianum nuncupo, uideor uelut Achillē inter heroas nuncupare? Cuius ego (ò magnā meam arrogantiam) sed temeritati meæ det ipse Achilles ueniam: cuius inquam auriga uelut ille Patroclus, & armis ornatus & curru conscéso, & phalange instructus troianos audeo inuadere, iā grēcam classem urere incipiens, & ipsum Hectorem, cui naues incendiēti iam nemo resistere poterat:

ut cæteris Græcis, ad ultima redactis
animum ardoremq; restituam: fa
cturus idem multo aperti
us in sequentibus li
bris, & præci
pue in priore ad quē ipm iā trāscamus.

Etymolo
gia.

Frugi.

frugalitas

Quintilia
ni laus.

LAV

126 LAVENTII VALLAE DIA
LECTICARVM DISPVTA
TIONVM LIBER SE-
CVNDVS.

Præfatio.



REQVENTER mecum soleo du-
bitare de plerisq; scriptoribus artis dī-
ialecticæ, ignorationis ne eos, an uanī-
tatis, an malitiæ accusem, an de his oī-
bus: Nam cū illor; errores, nō parum
multos considero, quibus non minus seipso, q; ca-
teros uidentur decepisse, uel negligentia, uel in-
firmitati humanæ attribuo. Cum rursus quicquid
infinitis libris tradiderunt, id omne paucissimis
tradi p̄ceptis potuisse animaduerto, qd aliud cau-
ſe fuisse putē, nisi in anem arrogantiam: qui dum
uites longe lateq; diffundi farmentis gaudent, uuā
in labrūscam mutauerunt. At quod indignissimū
est cum captiones, cauillationes, columnias uideo,
quas & exercent, & docent, non possum eis nō suc-
censere, quasi pyraticam, non naualem rem, siue
(ut mollius loquar) palestrę pro militiæ discipli-
nam tradentibus. Erat enim dialectica, res breuis
prorsus & facilis, id quod ex comparatione rho-
ticæ diiudicari p̄t. Nā qd aliud est dialectica, q;
species confutationis, hæ iſpe sint ptes inuētionis.
Inuētio una est ex quinc; rhetoricae partibus. Dia-
lecticī est syllogismo uti: quid non orator eodem
utitur? imo utitur, nec eo solo uerū etiā enthyme-
mate, & epicheremate, adde etiam inductionem.
Sed uide quid intereft, dialecticus utitur nudo (ut
sic loquar) syllogismo, orator aut uestito armato^{que}

Inuentio.

que, auro, & purpura, ac gemmis ornato: ut multe
sint ei & magna præceptorum comparandæ diui-
tiae, si uideri uoleat orator: dialecticum proprie di-
xerim paupras docet. Qm̄ nō tñ uult docere ora-
tor ut dialecticus facit, sed delectare etiā, ac moue-
re: Quæ nonnunquā ad uictoriam plus ualent, q̄
ipsa probatio, rāetsi non ad solam semper uictori-
am tendat, neq; semp uersat in litibus, sed in suadē-
dis honestis, & ad bene beatęq; uiuendū pertinen-
tibus, dissuadēdisq; turpibus atq; in utilib⁹, in lau-
dandis uituperandisq; quæ laudem mereant aut
uituperationē. Quod opus nescio an sit uel maxi-
mū, quod ad laudāda dei opera'latq; ipsum opificē
nati uidemur, idē quoq; in altera uita facturi. Atq;
sicuti nos alio uestitu utimur, cū prodimus in pu-
blicum, alio cum agimus intra domum, itaq; alio
cum magistratus, alio cum priuati sumus, proprie-
rea quod seruendū est oculis populi: ita dialecti-
cus cuius domesticus & priuatus est sermo, nō eū
captabit dicēdi nitorem, eamq; maiestatem quam
captabit orator: cui apud uniuersam ciuitatem di-
cendum, & multum publicis auribus dandum est,
cui insuper adesse debet, multa magnarum rerum
peritia, perdifficilis quædam tractandorum ani-
morum scientia, usus complurium negotiorum,
omnium populorum omnisq; memorie gestorū
noticia, & ante omnia sanctitas uitæ, ac eximia q̄-
dam animi dignitas, & corporis uocisq; præstan-
tia. Si quidem orator est uelut rector, ac dux po-
puli: propter quod longe difficilima rhetorica est,
& ardua, nec omnibus capessenda. Namq; lato ma-
ri medijsq; in undis uagari & tumidis ac sonan-
tibus

tibus uelis uolitare gaudet, nec fluētibus cedit sed imperat, de summa & perfecta loquor eloquētia. Dialectica uero amica securitatis, socia littorum, terras potius quām maria intuens, prope oras & scopulos remigat. Neque uero hoc dico, ut arti de qua loquor, quām quām commendare, & possim, & debeo derogem: quod foret imprudentis, uel maligni, & de opere suo male meritatis. Verum qui possim dissimulare quod sentio: & apud eos quos erudiendos patria, quādam charitate suscepī mētiri res, at uani hominis, & perfidi. Itaq; hoc feci primum, quia loqui uerū ingenue placet: deinde ut hos ipsos in spem adducere ad hanc scientiam breui facileq; percipiendā. Et uere possum adducere, quia nulla mihi doctrina breuior faciliorq; quām dialectica uidetur, ut quāc alijs maioribus seruit: quām uix intra plures quis menses, quām grammatica intra annos perdiscet. Sed uidelicet huius puellæ parens, dum timet ne filia sua quod fusca, quod strigosa, quod puilla est, nullos inueniat procos magnæ dotis specie, & ambitu commendandam putauit, ut multos solicitaret ad contubernium eius. Multi itaq; sine dubio spe diuitiarum concurrunt, sed non fere alijs quām plebei, obscuri, ignobiles, omnium rerum in opes, & qui alias facultates ad ueras diuitias desperarent. Vnde factum est: ut nūquam puellæ huius stipatores ac satellites deessent qui eam in platea, in compita, in cunctas tabernas deducerent, & ante imperitam multitudinem saltare, ac gesticulari iuberent, personati ipsi ac laruati, circum il lam saltitantes. Nos igitur de dialectica ueluti de pudica

Dialectice
facilitas,

LIBER SECUNDVS.

129

pudica, & uerecunda uirgine loquamur, quæ suā
non paupertatem (nihilo enim indiger) sed tenui-
tatem castam, & sanctam p̄eponat illis umbrati-
cis opibus, atq; illi circunforaneæ, ne dicam mere-
triceæ uoluptati, iā ad interpretationem, sicuti in
principio proposuimus descendamus.

Ex quibus constet enunciatio.

CAPVT I.

Oratio (ut superiori p̄bauiimus libro) est uocū ex institutione artificis signifi-
cantium, congrua complexio: una quidem simplicissima, & quasi mater
aliarum, quæ uel duabus dictionibus
potest esse contenta, nomine & uerbo, tanquā ui-
ro & uxore, quæ dicitur enunciatio græcæ
πανος ueluti una domus. Altera uero plenior, quæ
ex pluribus huiuscmodi orationibus constat, qua-
lis est syllogismus, quasi pagus quidam, aut uicus.
Tertia autem plenissima, quæ constat ex plurimis,
qualis oratoria, ueluti quædam urbs, ideoq; popu-
laribus apta auribus. De qua nihil admodum dice-
re habemus, sed de secunda, sequenti libro, in hoc
de prima: ut Plato legit. Plato enim quod est no-
men tanquam uir erit, quia uerbo p̄aeſt, atq; im-
perat, quasi uxori: sed quid de alijs dicemus orati-
onis partibus: nunquid illæ à nobis pro nihilo ha-
bebuntur? minime. Verum more peripateticorum
loquutus sum, dicentium orationem ex nomine
constare & uerbo. De quorum principe ita Quin-
tilianus inquit: Tum uidebit ad quē hoc pertinet,
quot & quæ partes orationis, quanquam de nu-
mero parum conuenit. Veteres enim quorū fue-
runt

Oratio,

Enuncia-
tio.

IN LAVREN. VALLAE DIALE.

runt Aristoteles quoq; atq; Theodectes uerba mo-
do & nomina, & coniunctiones tradiderunt: uide
licet in uerbis uim sermōis, in nominibus materiā,
quia alterum est quod loquimur, alterum de quo
loquimur. In coniunctionibus autem complexum
eorum iudicauerunt. Paulatim à philosophis ac
maxime Stoicis auctus est numerus, ac primū con-
iunctionibus articuli adiecti, post præpositiones
nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde
mixtum uerbo participium, ipsis uerbis aduerbia.
Hæc cum ita sint, dum nomen nuncupo, pronomē
quoque & participium significo, quæ cum nomine
cognitionem quandam habēt. Indeclinabilia sunt
& ipsa non modo commoda, sed etiam necessaria
in nrā orōne, tāq; in re domesticā famuli ac serui,
sive tanq; bruta, ut boues aratro, ut equi, ut alia iu-
menta, sive quibus non belle satis uiui potest. Hæc
igit̄ quibus Peripatetici dicunt constare enuncia-
tionem, quam nostrorum plāriq; uocant proposi-
tionem, eadem sunt quæ ab eisdem uocantur, sub-
iectum & prædicatum. Subiectum enim definiunt
id de quo aliiquid dicitur. Prædicatum uero id qd̄
de aliquo dicitur. Nisi quod prædicatum in duas
diuidunt species: unam, cum ē uerbum, ut legit: al-
teram cum est uerbi appositorum: ut Plato est philo-
sophus, ipsum philosophus est nunc prædicatum.
Ideo tunc uerbum non prædicatum appellauere,
sed copulam, ex quo fit cum prædicatū sit anceps:
tamen subiectum nō sit nisi suppositum. Atq; hanc
innuit perfectam esse enunciationem, ubi tria hęc
assunt: subiectum, copula, prædicatum. Nam uer-
bum illud sine apposito resolui in uerbum substanti-
tuum

Subiectū.
Prædicatū

Copula.

riuum & suum participium, ut Plato legit, Plato ē
 legens: sol lucet, sol est lucens. Sed cur magis uer-
 bum in participium suum, cum uerbo substantiuo
 resoluit: quām hæc in illud reducatur, sol enim est
 lucens, & Plato est legens: reducuntur ad illa, sol
 lucet, & Plato legit. Quædam tamen uerba resol-
 ui nequeunt latine duntaxat, ut luna illuminatur:
 quanquam si omne uerbum resoluitur in suum par-
 cipium, & uerbum substantiuum quid ni ipsum uer-
 bum substantium resoluatur: ut Plato est philosophus,
 sic Plato est ens philosophus, qua ratione res
 in infinitum exhibet. Adde quod participium conti-
 net in se uerbum, non à uerbo continetur, ideo &
 in uerbum cum relatio resoluitur: ut Plato legēs,
 Plato qui legit. Quod cum ita sit, falsum est, semp
 oportere nos loqui, per uerbum substantiuum, cū
 præsertim non semper possit resolui ad istorum le-
 gem uerbum suum, & uerbum substantiuum, ut ne-
 scit quispiam diem mortis, quod si resoluas, quispi-
 am est nesciens diem mortis, male resoluas: quia il-
 lud prius est uniuersale, hoc particulare, de quo
 posterius disputabitur. Aiunt præterea loquen-
 dum semper per indicatiuum, neq; per id totum,
 sed per eius præsens tantum. Habent tamen cæte-
 ri modi, cæteraq; tempora suas uires, ut ipsa res
 indicabit. Idem ut uerbum copulatum, sic nomen ap-
 pellauerunt terminum, & eum nunc communem
 aiunt esse, quod natura sit aptus, ut de singulis p-
 dicetur, ut Alexander, Bucephalus, Athenæ, quod
 uident fecisse ut distinguerent ab illis, q; uocant si-
 gna, quidam, aliquis, omnis, solus.

Terminus

Quid denominatiuum, æquiuocū, uniuocū sit.

i a CA

CAPVT II.

Alia multa tradunt, quæ non propria diale^cticorum sunt, quid sit ῥαρώνομος ὄμώνυμος οὐ^{τούμοις} quæ nostrorum quidam transferunt^{ταρώνυμοις} denominativum, & quiuocum, uniuocum. ^{ταρώνυμοις} quoties aliud nomen ab illo deriuatur: ut à grammatica, grammaticus, à fortitudine, fortis à sanitate sanus, à sapientia, sapiens, licet in hoc aliquantulum dissentiam. Nam grāmaticus quidem à grāmatica dicitur, sed è contrario cætera, fortitudo à fortis, sanitas à sanus, sapientia à sapiens: hæc enim ab illis deriuantur tametsi neutra alteris extiterunt priora, aut sanitas quā sanū animal, aut animal sanum quā sanitas: item aut grammatica quā grammaticus, aut grammaticus quā grammatica, & ita de cæteris. ^{όμώνυμοις} quoties uocabulum unū, res significat plures, siue diuersæ speciei, ut canis quadrupedem, piscem, & taurus, mare, sidus, montem, radicem arboris, nomen hominis, siue eiusdem ut Ajax Telamonius, uel Oilei filius. Item in uerbis, ut cerno pro uideo, pro eligo, pro farinam cri-

Cerno. ^{συνώνυμοις} huic pene contrariū, quoties res multæ unum nomen habent inter se commune, & quæ si gentile, de qua materia proximo libro disputatum est: ut Plato & Socrates sunt uniuoce homo. Item Socrates, & Plato, & Leo, & Aquila, et pisces dicuntur uniuoce animal, & ita in cæteris prædicamentis, uel eorum partibus. ^{συνώνυμοις} quidam suocant quoties aliud nomen ueubútme habet eandem, quod aliud significationem: ut cerno, uideo, aspicio, intueor, specto, conspicio, uerum id latinius transfertur cognominis, ut apud Plautum in Bachidibus

Cognomē

Chidibus: Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines. Hæc omnia literarij sunt ludi, & grāmaticorum magis quā dialecticorum, ideoq; quā subtilius poterant climatiusq; tradi, tamen exequi supersedeo. Sunt enim illa quidem scitu necessaria sed quæ discipuli cū huc ueniunt, didicisse debent non discere.

Quot & quæ sint enuntiationis spēs.

CAPVT III.



Nunciationum, altera affirmatiua, qυατέφασις, altera negatiua, que ἀπόφασις dicitur. Affirmatiua quidem unde abest aduerbiū negatiū, siue simplex non, haud, siue compositū nephas, nulius, nolo, néue. Item unde abest in, pro non in compositione imprudens, iniuste, insani, deniq; & quicquid habet negandi uim. Negatiua uero, ubi adest aliqui negatio: ut luna fulget, luna non fulget. Vim negationis habent, aliud, aliter, minus, parum, minime, & si quid est tale: ut simia aliud est quam homo, hoc significat, simia non est homo: hic est minus bonus, ille parum aptus ad literas, parum multus est noster exercitus, tu es uir mimime malus, pene idem sunt quod non bonus, nō aptus, nō multus, non malus. Etiam quædam uerba idem efficiunt ut dissimulas te audire, negas te intelligere, idem sunt quod simulas te non audire, & ais te nō intelligere. Nam nego, an sit à negatiuo aduerbiō compositum dubitari potest: item abest pater, deest pecunia, item caue lædere, penè idem est quod noli lædere, uel caue lædas, quod significationis eiusdē est: cuius adiecta negatione, caue ne lædas,

Affirmatiua.

Negatiua

Nego.

34 LAVREN. VALLAE DIAL.

Sunt uideri eiusdem naturæ, nisi, sine, præter, & q̄ sunt id genus, & in primis quin: quod unde compo-
sitem (si compositū est) difficile est dictu: Vno mo-
do affirmatiuum, ut:

Quin aspera Iuno Consilia in melius referet.
Duobus negatiuum, ut:

Quin tu aliquid potius, saltē quoq; indiget usus
Viminibus molliq; paras detexere iuncō.

Id est, cur non: & pro ut non, ut apud eūdē Vergi.
Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti,

Quin uatem insanam aspicias. Item enū-
ciatio est, aut uniuersalis, aut particularis. Nam
ea quæ dicunt singularem, & ipsa particularis est,
quia omne singulare particolare est sed non è cō-
trario. Uniuersalitas particularitasq; per ea quæ
dixi signa declarantur: uniuersalia omnis, nullus:
particularia alijs, quispiam. Inter quæ, sunt q; nume-
rant, qdam quod singulare est multum ab alijs di-
uersum ut posterius ostēdam. Huic simili ma sunt
aliqua pronomina, hic, ille, iste, quæ à dialecticis
non ponuntur inter signa, sed inter terminos qui
faciunt singularem enunciationem: qualia sunt me-
us, tuus, & nomina propria, ut Socrates, Plato: ad-
iiciunt debere coniungi hæc signa cum termino
communi: ut omne animal, omnis homo, aliquis
homo: quod quis ignorat? Nemo enim dicat omnis
ego, quidam tu, nullus sol, aliqua luna: licet idem
fieri possit per termiuum singularem, siue is sit
nomen proprium, ut omnis Alexander, nullus
Alexander, aliquis Alexander: siue appellati-
uum, ut:

Nullus adhuc mundo p̄ḡebat lumina Titan-
niſ

Quin.

Singula-
ris.
Partcu-
laris.

Nisi dicimus Titan esse nomen proprium. Sed ut cunq; sit, nemo in hac re possit errare. Affirmativa igitur negatiuaq; uniuersalis enunciatio, oīnis equus hinnit, nullus equus hinnit: quæ tantudem in numero singulari pollet, quantum in plurali: ut omnes equi hinniunt, nulli equi hinniunt. Particularis affirmativa, nonnullus equus hinnit q; in plurali plus quiddā pollet, nonnulli equi hinniūt. Itē negatiua, nōnullus equus nō hinnit: nōnulli equi non hinniunt. Cur aut̄ hoc signo p̄ticulari maluerim uti ac debuerim in sequentibus, ubi de signis agā explicabit̄: Huius germana est quā uocant singularē, quia singularis (ut dixi) eadē p̄ticularis est, affirmativa hic equus uel meus equus, uel Bucephalus hinnit. Negatiua, hic equus, uel meus equ⁹, uel Bucephalus non hinnit: & ipsæ plus aliqd pollet in plurali, ut hi equi, uel mei equi, uel bucephali hinniunt. hi equi uel &c, non hinniunt. Ea quam indefinitā (quia signo caret) appellant, similis est & germana uniuersalis: ut equus hinnit, equus nō hinnit. Ideoq; nihil minus pollet in singulari q; in plurali more uniuersalis: ut equi hinniunt, equi non hinniunt. Et circa naturalia exempla uinum est in p̄cio: uina sunt in p̄cio. Item apud quasdam gentes uinum non est in usu, & uina non sunt in usu. Quare indocti mihi uidētur, & in ipso doctrinæ errare uestibulo, qui hanc uolunt particularis non uniuersalis uim obtainere, cum sit suapte natura uniuersalis: de omni namq; equo dicitur quod hinniat aut quod non hinniat, & de uino omni quod sit in pretio uel in usu, nō de uno aut altero. Sed meminimus hos ipsos terminos, quoties bis

esseruntur hoc modo, equus equum, homo hominem, ratio rationem superat, non accipi uniuersa liter sed particulariter: quod aliquis equus superat alium quempiam, & nonnullus homo alterū aliquem, & alia ratio aliam: tamen si altius inspiciamus non proprie dicatur particulariter: quia hac geminatione termini uniuersalitatem amplector: quod om̄is uel equus uel homo uel ratio aut superat aut superatur, nullo excepto: à qua significatione longe abest illa oratio, aliquis equus superat aliquem equum, siue nonnullus nonnullum, ubi unumquenq; superare aut superari necesse est. Quod euidentius probatur, si in locum geminatio nis ponamus alterum terminum hoc modo, equus superat bouem, homo superat brutum, ratio superat temeritatem. Similiter in negatione. Itaq; facultas illa uniuersalis quæ duorū, ut sic loquar fratribus uelut hæreditas erat, intercepto uno tota differtur ad reliquum. Quo magis liquet indefinitā, uniuersalis habere vim non particularis: dum tamen & illud meminerimus nonnunquam accipi particulariter, ut elephas hoc facit nec omni homini. Nonnūquam singulariter ut Cicero de Pompeio loquens, nosti, inquit, hominis tarditatem ac taciturnitatem, hoc est eius ipsius de quo agimus: aut cum subauditur meus, uel noster, tuus, uel uester, & sius, ut non repperi in stabulo equum, supple meum, uel tuum, uel nostrum, aut aliquid huiusmodi. Nonnunquam nec uniuersaliter, nec particulariter, nec singulariter, sed insolidum (ut sic dicam) totaliter, ut homo, ut equus est species animalis. Videlicet non quod uniuscuiusq; animalis,

aut

aut unius certi, aut huius. Ad hunc modum accipi
tur quoties est talis oratio: Animal continet ho-
minem, avis continet uespertilionem. Item nega-
tiue corpus non continet animal, animal non co-
tinetur a corpore, avis non comprehendit uesper-
tilionem, uespertilio non comprehenditur ab aue:
hoc loquendi modo excepto ferè maius est & am-
plius prædicamentum quā subiectum in uniuer-
sali, particulari, singulari, indefinita: quo cunctis in
elemento siue prædicamento (quæ tria nos faci-
mus) in substantia omnis leo, aliquis leo, hic leo:
leo est animal. In qualitate omnis leo, aliquis leo,
hic leo, leo est rutilus. In actione omnis ignis, ali-
quis ignis, hic ignis, ignis mouetur. Ad plura nāc
spectat animal, rutilūq; esse & moueri, quām ad
leonem uel ad ignem: nonnunquam par est uis p-
dicati atq; subiecti: ut leo rugit, equus hinnit, ho-
mo ridet, nec ad plura spectat rugire quā ad leo-
nes, nec hinnire quām ad equos, nec ridere quā ad
hominem. Cum dico rugit, hinnit, ridet, non actio-
nem sed qualitatem innuo, quæ adest leoni rugien-
ti, equo hinnienti, homini ridenti. Quod quidam
non intelligentes talibus exemplis utuntur: leo ē
rugiens, equus hinniens, homo ridens: qui sermo
locum non habet, nisi cum aliquid horum anima-
lium id agit, nam de cunctis dici non potest. Alij
aiunt leo est rugibile, equus hinnibile, ho risibile:
qui sermo in lingua latina absurdus est, per neu-
trum genus. Ita loquendi tolerabilius foret (ut in
alio testatus sum libro) si diceretur: rugibilis, hin-
nibilis, risibilis, nec desunt aliqua huiusmodi ex-
empla. Virtus est bonum, & bonum est uirtus, si

Stoicos audire uolum⁹: aut si Epicureos, bonū est uoluptas, & uoluptas est bonum: ut si plura bona dicenda sunt, sic omne bonum uirtus, & omnis uirtus bonum: uel omnis uoluptas bonum, & omne bonum uoluptas.

De conuertenda enunciatione.

CAPVT IIII.

Hic locus admonet ut aliqua de conuersione dicamus: nā licet maior atq; amplior significatio prædicati ferè sit quā subiecti, sicut ostendi, non tñ amplius ac latius accipit prædicatum q̄ subiectum. Ideoq; cum illo cōuerti potest, ut omnis hō est animal, non utiq; totum genus animal. Sed aliqua pars huius generis. Nam Cicero speciem partem generis uocat. Ergo aliqua pars animalis est in omni homine: item quidā homo est animal, scilicet est quædam pars animalis: ergo quædam pars animalis est quidam homo. Omnis leo est rutilus, quidam leo est rutilus, hoc est, quod quisq; leo & quidam leo partem aliquam habet siue quandam rutili coloris, non ipsum omnino rutilus colorē: ergo aliqua pars rutili coloris est in singulis leonis bus, & quædam in quodam. Idem intelligo de insinuato, quod de uniuersali cum uniuersaliter accipit. Idem quoq; de particulari singulariç, cum particulariter singulariterç significat: nec aliter cū totaliter accipitur: ut hō est species animalis, id est, quædam species animalis: ergo quædam animalis species est homo. In negatione, ratio ē diuerso est quando adest signum uniuersale, ut nullus homo est satyrus, id est, ullus homo non est ullus satyrus.

LIBER SECUNDVS.

rus: ergo nullus satyrus non est ullus homo. Quan-
do non adest ut homo non est satyrus, id est, ullus
homo, ullus satyrus, ergo ullus satyrus non est ul-
lus homo. Quando per totalitatem loquimur, ut
satyrus non est species hominis, id est, ulla species
hominis: ergo ulla species hominii non est satyrus.
Quando adest signum particularē singulareū, ut
nonnullus piscis uel hic piscis fœtum enititur, scilicet
est aliquis ex illis piscibus qui fœtum enitunt:
ergo aliquis ex piscibus fœtum enitentibus est alius
quis uel est hic. Item ille piscis uel hic piscis non est
fœtum enitens, sed oua pariens: uidelicet ex his quod
fœtum enituntur, sed oua non pariunt, non est ille,
uel non est hic piscis. Thales est unus ex septem sa-
pientibus, id est, aliquis ex septem: ergo aliquis ex
septem Thales. Pythagoras non fuit e septem sa-
pientibus, id est, ullus septem: ergo ullus qui est e
septem, non fuit Pythagoras: haec quae de conuer-
tendo præcipiuntur, quam utilia sint, proximo li-
bro cum de Syllogismis disputabirur elucebit: Ut
plurima in præsentiarum, quae cauillose & inscien-
ter à quibusdam sunt tradita, refellere superde-
amus.

Quot sint signa & quomodo differant.

CAPVT V.

IAm signa in quibus tantum momenti est,
excutiamus: enumerantes omnia si possu-
mus aut ferē oīa. Vniuersaliū affirmatiuore
maxime propriū est quisq; p tria distinctū
genera: qd' uix dialectici nostri nouere: Græci fre-
quenter ēas, & eius compositum unusquisq; cui
simile

140 LAVREN. VAL. DIALE.

simile, si singulare eius in usu esset, singuli: quod etiam coniungitur cum quisq; sicut unus, fitq; singuli quiq; huic dissimile est uniuersus, quod de magno numero dicitur. Vnde dicit uniuersi singuliq;.

Cunctus

At ipsi, simile est cūctus. Ut enim dī uniuersus populus, sic cūctus populus hoc est coniūctim oēs: & si aliquā additur significatio coniunctiva, ut apud Vergilium, cuncti simul ore fremebant. pro totus quoq; numerus accipitur, ut Cicero pro Archia: nec nos cuncti huic unquam studio penitus dediti fuimus: Et in eadem, post in cæteris Asiae partibus cunctæq; Græciae sic eius aduentus celebrabatur:

Omnis.

Omnis pro his omnibus pollet: his addatur quisq; quis & cætera, & quicunq; quæ tacite in se habent omnis: ut quisquis sine quicunq; ambulat mouet: quod perinde est ac diceres, omnis qui ambulat:

Quisquis.

mouetur: quæ tamen non semper ita accipiuntur: sed pro qualiscunq; ut: Quisquis es haud credo in uisus cælestibus: & apud eundem Vergilium: Egredere o quicunq; es ait. Nec mirum cum ipm relatiuum unde componuntur, huius naturæ sit, ut qui ambulat mouetur: tam de uno quā de omnibus intelligitur. Idem quod hæc in superiore sensu significant quotquot & quotcunq; ideoq; aperiens omnis in se habet. Nihil est enim aliud quotquot et qtcunq; quam omnes qui: quibus simile est quotusquisq; quod interrogatiue ferè usurpatur. Negatiua signa per se nulla sunt, at composita ex aduerbio & signo particulari. Aduerbiū uero applicatur, ut ullus currit, quod ita resoluitur, ullus non currit. Illus enim signum particulare est, unde componitur nullus. Ne quis ex non uel ne, &

Negatiua
uniuersa-
lia.

quis

quis pro aliquis. Quod nunc uetat, ut:

Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tāti.
nunc subiungitur, ut:

Ne quis sit lucis quo se plus iactet Apollo.

Nihilum quod est neutrum ex eodem aduerbio cō
positū, & hilum quod est aliquid, per apocopenq;
dicitur nihil: atq; iterum per syncopen, siue synere
sim, synalephamue nil. Nemo non est ex signo cō
positum, tamen latens signum habet ullus, uidelicet
non ullus homo, uel non ulla homo. Nam idē
est alius nemo te amat, quām alius ullus homo te
non amat: cum sic non audeamus loqui, alius ullus
nemo te amat, nisi comica licentia, ut Terentius in
Ecyra, nemo quisquam illorum: nempe eadem li-
centia qua alibi dictum est, nemo homo: hoc com-
posito græci carent, ideoq; latini dialectici nimis
græcisantes eo non utuntur. Illa nomen uniuersi-
tatis non implet, ab uter composita, unum affir-
matiuum, alterū negatiuum, uterq; et neuter: idē
dico de ambo. Aduerbia quoq; sunt uniuersalia tā
affirmatiua quā negatiua. Affirmatiua quidem
omnino, cui simile ē prorsus, usquequaq;, quoties,
toties. Item semper eius penē significationis est cō
tinue, assidue, sedulo. Item ubiq;, undiq;, & compo-
ta per cuncq;, quotienscuncq;, ubicungq;, undecungq;,
quacunq;, quoq; unius, quoquo uersus, id est, in omnē
partem: & illa geminata ubiubi & similia. Negati-
ua autem, nūquam, nusquam, nuspiam, necubi, ne-
qua, nequo, necunde, nequaquam, & siqua, & simili-
lia, quae omnia utiq; in se habent signum: Semp em
idem est quod omni tempore, ubiq; quod omni in
loco, undiq; quod omni ex loco. Et item cætera ne-
gatiua

Nihilum.

Hilum.

Nemo.

Aduerbia

gatiua apertius: nunquam enim nusquam nuspiam idem sunt quod non ullo siue nullo uel tempore, uel loco, & itē in cæteris: his addamus utrobīq; sicut addidimus uterq; & neutrū, eiusq; cognatū utrinq; utroq; utrocunq; neutrō, & cætera huiusmodi. Particularia sunt aliquis & pro eodem sensu quis, & ab eo composita quisquam quispiam. Item quo græci carent ullus, & quod ab eo proflixit nonnullus quo item illi carent & neutrum nō nihil. Quorū nullo ferè alio dialectici nostri utitur, nisi uno aliquis, non putantes illud distare à qdam, quia græci non distinguunt, pro duobus his nostris unū tantū habentes, immo pro tribus. Nā pro his duobus, & pro quis usurpatur, de quorū duorū differentia mox: prius enim in quo differat hoc particularē à nonnullis alijs dicendum. Quod cōponitur & ipsum à quis postposito, sicut quisq; & quispiam præposito: & ab aliis sicut alibi, tāetn significatio nominis unde componitur non apparet, sicut in alibi id factum est, ut aliquaten' differet à suo simplici quis, quod simpliciter significat: nec obstat quod dicere etiam solemus alius, alijs, quia quod maius est dicimus alibi nusquam. Sed, p positiā ad rem ueniamus, & primum in quo differat ab ullus: quam differentiam Priscianus sanecū obscuram, tum ineptam tradit: inquiens iter aliquis & ullus & alicubi & usquam & aliquando & unqam hoc interest, quod aliquis & alicubi & aliquando absolute proferuntur, ut aliquis uenit ad me, similiter alicubi suimus. i. in aliq; loco, & aliquando contingit. i. in aliquo tempore. Sin autem dicam ullus, pēdet ex infinito omnium numerorū necesse

Particula
ria.

Aliquis.

Priscian,
carpitur.

Ullus

necessæ est enī ullus omniū intelligere, & cunctos posse numeros ad hoc referri. Nec incongrue di-minutiū esse unius dicitur, & hoc uidetur ad ali-quid esse, quomodo summus & imus, primus & ul-timus ad omnia dicuntur, tam locis quām tempo-ribus, uel ordinib[us] subiecta, uel supposita: Simili-ter iisque, ad omnia loca refertur, & uspiam un-quam ad omnia tempora. At sciendum quod com-posta quoque eorum abnegatiua sunt, omni-um generaliter, quæ per ea possunt significari. In-epta sane ratio hæc (ut dixi) & obscura, nam ul-lus nihil habet, quod non habeat aliquis, habet al-quis, quod non habet ullus. Quippe cum eo uti possumus ut libet: ullus aut non nisi per negatio-nem ut non est ullus sapiens aut quod proxime ac-cedit ad negationem, uel interrogando, ut est ne-ullus sapiens: uel dubitando, ut dubito, hoc est ne-scio, siue ambigo an ullus sit sapiens: aut cum con-ditione, si est ullus sapiens, & donec ullus est sapi-ens: & uix est ullus sapiens: & sic loqueris quasi ul-lus sit sapiens. Etiam cum uerbis coniunctum, que superius attigi, ut dissimulas, siue negas te illum audire, siue illum intelligere. Item caue illum le-das. Cum comparatiuis quoque ut amo te magis, quām illum hominem, ut malo Romæ esse quām usquam: quasi subintelligatur alius ut sit quā ullū alium hominem, & ullo alio in loco: & nunc poti-us uolo dicere quā unquam, id est, quām ullo alio tempore. Distat item aliquis à quispiā & quisquā, quæ sunt tanquam media inter aliquis & ullus, & posterius dum de negatione dicemus, distat etiam à nōnullus quod est tanquā medium inter aliquis & quidam

& quidam, quorum nūc differentiam tradā. Cum dico quidam uestrum modo me uocauit, significo certum hominem esse ex uobis qui modo uocauit: & à me, quod ab eo uocatus sum agnitus, perinde ac si dicerē: Socrates, siue hic, uel iste, aut ille me modo uocauit. Cum dico aliquis uestrum me modo uocauit: significo incertū hominem esse ex uobis, quasi quisquis uestrum sit, quia quisnam uocauerit non deprehēdi: ut mihi aliquis, quisquā, quispiam propria uideantur esse particularia illius uniuersalis quisquis: quod & ipsum a quis componitur. Quidam uero non aliter se habere quād id quod appellant terminum singularem: ut si me cum loquutus est Socrates, aut ille, uel hic recte dicam quidam mecum loquutus est, non autem aliquis, quasi uestrum quis loquutus est. Vnde uulgaris est sermo quotiens aut nolumus nominare homines, aut eorum nomina nescimus: quidam ad quendam scripsit, non autem aliquis ad aliquem. Neque uere solum linguae græce defectus in causa est, cur à nōnullis in parū intelligēda hac differentia sit erratum. Sed quod aliquando nihil in eas differunt, aut nihil uidentur differre: quale est si diccas, reperias historicos omnes aliquibus siue quibusdam in locis mentitos. Præterea quod nonnūquam reperiunt, & si rarissime, aliquis pro quidā, sed non tamen quidam pro aliquis. Quorum differentia magis ex negatione apparebit. Sed in hoc periti nonnulli aliquando peccauerunt, in illo solummodo imperiti, quod putant quilibet non p̄t culare signum esse, sed uniuersale, quod ita particulare est ut quiuis, quorum idem sensus est: quēad modum

Quidam.

modum uteruis idem significat, quod uterlibet, id est, quem tu uelis, & quem tibi capere libeat. Sic altera duo, quemcunq; uis, & quemcunq; tibi cape re libeat. Ibi unum de duobus, hic unum de pluribus, exemplo tamen hæc magis confirmanda, quæ ratione probada sunt. Quintilianus: Periculosum & cum cura intuendum genus, quia si in proponēdo unumquodlibet omiserimus, cum risu quoq; tota res soluitur: tutius sic interrogare. Si hæc actio non sit, squaliter sit, simul enim mouentur omnia, uel cum duo ponentur inter se contraria, quorum reuulisse utrumlibet sufficiet. Ecce eodē in loco Quintilianus utrumlibet & quodlibet usus est, alterum pro eo quod est unum de duobus, alterum pro eo quod est unum de pluribus. Afferamus etiam ē iure ciuili testimonia, ubi proprietas linguae tam diligenter quā necessario custoditur. Cai(ut credit) uerba sunt in Iustiniani institutionū libro secūdo: Si plures cōditiōes institutiōi adscriptae sunt: Siq; dem coniunctim fuerint, utputa si illud & illud fu erit factum omnibus parentum est, si uero separati, ueluti si illud, aut illud factum erit, cui libet ob temperare satis. Et eisdem penē uerbis Paulus in digestis Iustiniani: Si heredi plures cōditiones cōiunctim datæ sunt omnibus parentū est, quia unus loco habentur, si disiunctim cuilibet. Item mōdestinus: Si pluribus heredibus institutis ita scri ptum sit, heres meus damnatus esto: dare aureos quinq; non quilibet heres, sed omnes uidebuntur damnati, ut una quinq; dent. Et alibi multis in locis. In Leuitico de leproso ita scribitur: Adducetur ad Aaron, uel ad unumquemlibet filiorum eius.

Quid multis: nusquam in omni dialectica ac philosophia ex Aristotele trāslata, nisi forte apud aliquem nouorum reperitur quilibet, nisi particulariter positum, sicut uterlibet. Quo minus danda uenia est iurisperitis ac theologis recentibus, dialecticisq; ac philosophis nostris, qui uerba scientiae sue non audiunt, sed in prauè loquendo, nescio q; mō conspirauerunt, & quasi diuersæ ciuitates in suam metropolim coniurarunt: Dixi uterlibet esse particolare, sed ita pticulare, ut uterq; uniuersale. Id ē intelligo de uteruis, & si uis addere uter & alteruter cum capitur pro uno ē duobus. Aduerbia pticula. Aduerbia laria sunt unq;, usq;, uspiā, aliquī, alicubi, alicunde, qñiq;, aliquotiens, interdum, nonnunq;, quod expōnit pro aliquī uel qñiq; non p unq;, propter causam quam reddidi de ullus. Nec multum ab his differunt siquando, sicubi, sicunde, ubiuis, utrobi. Nam illa, hic, illic, isthic, & similia dicuntur singularia. Item nunc cras tunc & talia, ubi tale est quale hic uel illic, sed accipi solet pro ubicunq; quod est uniuersale: cui respondet ibi, ea potius uniuersalia sunt antehac, posthac, antea, postea, hactenus, de cetero, amplius, ulterius, deinceps, & similia ut apud Quintilianum, quid fuerit, ante non quero, post hæc erit amicus, id est, semper & semper post Et cum negatione idem significabunt quod nunquam, ut hactenus non fuisti amicus, nec post hæceris, id est nunquam fuisti amicus nec nunq; eris: quale illud in euangelio: Non lauabis mihi pedes, in seculum siue in æternum, hoc est nunquam lauabis mihi pedes, hæc sunt signa necessario syllogismo accommodata. Sunt alia accommodata credibili

bili. Si quis non necessarius ē syllogismus siue epī
cheremati de quibus suo loco dicemus.

De uī negationis cum signo uniuersali.

CAPVT VI.

VEnio uunc ad negationem, in qua oīs
ferē quæstionū in quacunq; materia
cardo uersatur: quæ (si istis credimus)
aliam præposita signo, aliā postposi-
ta significationē reddidit: ut nō om̄i pisce uescit Iu-
dæus: qđ est pticulare, perinde ac si dicere t̄, nō ullo
siue qđam pisce non uescit Iudæus: rursus om̄i pi-
scē glabro non uescitur Iudæus: quod est uniuersa-
le, non secus ac si dicatur nullo pisce glabro uescit
Iudæus, quorum neutrum est uerum. Et etiam il-
lud prius biparticulare est, non tantū particulare
& multo ab illo differens. Non nullo pisce siue qđ-
dam pisce non uescit Iudæus, quia nonnullo uesci-
tur, nonnullo non uescitur: siue quodam uescit, qđ-
dam non uescitur: tacitamq; uniuersitatē habet
in duas diuisam partes: Quippe de om̄i pisce in-
telligitur quorum partem significamus esse in usu
Iudæis, partem non esse. Quare omnis n̄ unquam
pdet suam uim uniuersalem. Quod etsi p se planū
est, tamen ratione faciamus planius. Ea quorum
alterius significatum uerum esse potest, cum alte-
rius sit falsum, nō idem significant, ueluti ut exem-
plum à parte subiecti afferatur: quidam homo nō
uolat uera est enunciatio. At non omnis homo
uolat falsa: quia partem hominum uolare affirmo
ergo partem ueram, parte falsam, quid ni? igitur
biparticularis tacitam (ut dixi) in se uniuersita-
tem habens, quid quod non solum tacite, sed alia-

quando aperte, si quid modo interponatur inter
 negationem & omnis: ut afferam autem è theolo
 gia, id est, è graco exēpla, & nisi breuiati fuissent
 dies illi, non fieret salua omnis caro, id est, nulla:
 & alibi, ut non gloriet omnis caro. Quid quod ali
 quando idem sit etiam si nihil interponat, ut: Non
 mortui laudabunt te domine, neq; omnes qui de-
 scendunt in infernum: & alibi: Et non delinquent
 omnes qui sperant in eo: neq; refert quod antece-
 dit uerbum, quia idem sit, si sequatur sic. Non mor-
 tui neq; omnes qui descendunt in infernum lau-
 dabunt te domine: hoc est nulli. Eodem modo in
 prædicato, ut: Inquirentes dominum non minuen-
 tur omni bono. Et iterum: Non miserearis omni-
 bus qui operantur iniquitatem. Cur autem poste-
 rior modus, nō probe istis exponitur: non de omni
 pisce glabro accipiendum est, non uesci illo Iudæ-
 um: non eo inficias ita accipiendum, sed non sem-
 per: quinimo saepe in sensum priorem: ut omni pi-
 scē non uescitur Iudæus: nempe quod aliquo uesci-
 tur, aliquo non uescitur: cuiusmodi exemplis ple-
 na sunt omni, auto: mnes diuites esse non possunt,
 & omnis uolucris non est pennis prædita, perin-
 de est, ac si dicas, non omnes diuites esse possunt,
 & non omnis uolucris est pennis prædita: quia ps
 hominum uoluerumq; talis est, pars non est. Pau-
 lus iurisconsultus: Si plurium seruorum nomine,
 iudicio fistendi, causa una stipulatione promitta-
 tur, penam quidem integrā committi: licet unus
 statos non sit. Labeo ita ait, quia uerum sit omnes
 statos non esse perinde ac si dixisset, quia uerū sit
 nō omnes statos esse. Quintilianus libro septimo:
 tradi

tradi enim omnia quæ ars efficere non potest. &
in xii. At cum protinus dicendum est, omnia para-
ti non possunt: huic alteram negationem si addas
erit sensus prioris: ut non omni pisce non uescitur
Iudæus: perinde ac si diceremus non omni pisce ab-
stinet Iudæus. Ita per aliam ianuā egredimur ad
plateam eiusdem significationis: non omni pisce
uescitur Iudæus: egredimur aut̄ quasi postico, quo
niam ē contrario dicimus. Ibi enim negabamus Iu-
dæum uesci omni pisce, hic negamus ab omni ab-
stinere, cum utrobiq; uelimus eum quibusdam pi-
scibus uesci, quibusdam non uesci. Idem quod oīs,
efficit quisq; & quod duplex uerbum desiderat q̄s-
quis, singuli ab hac ambiguitate est liberū & alia
duo, cunctus & uniuersus, nisi pro omnis accipian-
tur uel pro totus: nam idem totus etiam efficit, in
quo exempla afferam in superioribus inuenien-
da rectoribus relinquens: non totus orbis paruit
Alexandro, id est, pars orbis paruit, pars non pa-
ruit: ergo enūciatio biparticularis. Item tota Gr̄-
cia non paruit Alexandro, idem sensus est non te-
cūs, ac si diceretur, non tota gr̄cia paruit Alexan-
dro: secus autem tota natio Hispana, tota Gallica,
tota Germanica, tota Britannica non habuit co-
gnitum nomen Alexandri. Non enim sic accipere
tur quod harum singularum nationum pars cogni-
tum habuit nomen Alexandri, pars nō habuit: sed
quod nulla(ut sit) anteposita negatione: sic non to-
ta natio Hispana, nō tota Gallica, non tota Ger-
manica, non tota Britannica, habuit cognitum no-
men Alexandri. Quanquam hoc quoq; possit esse
uniuersale(ut diximus) de oīs, sic nō nouit Alexan-
dri

dri nomen tota Hispania, non tota Gallia, nō tota Germania: hoc ē nulla pars Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ. Illud admonitione uix indiget: nonnunque pro toto nos dicere omnis, quemadmodū dixi de cunctis: ut omnis familia, omnis populus, oīs Europa, quæ non habent sua peculiaria, aliqua familiæ sed pars familiæ, non quispiā populus, sed portio populi nō aliqua Europa: sed pars aliqua Europæ. Cæteræ hæc quæ in totus ambiguitas nō ita potest emendari ut emendatur in omnis, & in quicque quæ habit per conpositionem: contraria negatiua: nullus, nemo, & reliqua, ut Iudæus nullo pisce glabro uescitur, & nullo pisce uescitur Iudæus, nisi squamoso nisi dicimus, nihil pro nulla pars, ut nihil Hispaniæ, nihil Galliæ, nihil Germaniæ, nihil Britaniæ habuit notum nomen Alexandri. Sed hæc ad negationem compositam pertinent ad quam quia sorte quadam deuenimus ipfius iam præcepta tradamus, cuius tradendæ etiam nunc sequebatur locus.

De negatione composita signo adiuncta.

CAPVT XII.

NEgatio cum signo composita, ubique ponatur idem efficit, ut nullus currit, nemo ambulat nihil mouetur à seipso, neuter parentum te amat, nunque, prodest temeritas, nusque est uitio locus. Itē currit nullus, ambulat nemo, mouetur à seipso nihil, te amat parentum neuter, prodest temeritas nunque uitio locus est nusquam: quæ duo idem sunt non non alia ratione que sit in cæteris nominibus quæ signa non sunt. Quid enim differt impossibile est mutum

LIBER SECUNDVS.

19

mutum animal loqui: & mutum animal loqui, est impossibile. Iniquum est diuitias præponere uirtuti, & præponere diuitias uirtuti est iniquum: hæc signa negatiuum rursus aduerbiū præponas fiunt ex negatiuis affirmatiua, ex uniuersalibus particularia, nonnullus, nonnihil, nonnunq; quæ pro cōpositis habentur. Nam non nemo non ausim cōpositum dicere, non neuter aures meæ respuunt, non nusquam & non uspiam, quod sciam non repperi: fiunt aut̄ affirmatiua quidem quia addita negatio, priorē negat, hoc est, necat, q̄si uenenū perimes ue nenum, & latro latronē spoliants: pticularia uero, quia prius erant particularia, hæc quoq; nihil infest præponas ne uerbo, an postponas sic, nonnull⁹ currit, & currit nonnullus. At si ècontrario postponas huic signo negationē fiet affirmatiua uniuersalis. Affirmatiue quia duæ assunt negationes unā facientes affirmationem. Vniuersalis autem quia præposita negatiua uniuersalis necat sequentem negationem, remanetq; qualis erat uniuersalis, ut nullus non currit, nemo non ambulat, nihil non à seipso mouetur, nunquam non est uirtuti locus, uerbo ex negatione composito non postponitur aduerbiū negatiuum. Quis enim dicat nescio, nō illum: sed præponitur, ut non nescio illum fitq; eadem significatio quæ fuerat ipsius simplicis: non nescio enim idem est quod scio, & non nequeo idē est quod queo, & non nolo, idem est quod uolo. Tria enim demum hæc uerba, aperte componuntur ex aduerbio negatiuo: quorum unum est pr̄ proprium patris queo, alterum proprium filij scio, tertium propriū spiritus sancti uolo, quare psonarū sin-

k 4 gulis

152 LAVREN. VAL. DIALE.

gulis singulos huius operis dicaui libros ut ipsoe
prime literæ testatur: eas itaq; oro precorq; ut in
hoc uelut bello pro ueritate suscepto mihi sint ad
uersus infandas hostium insidias auxilio. Verum
quid est quod Vlpianus differre uult uelle à non
nolle inquiens: siquidem peculium deducto quod
domino debetur, accipitur merk peculiaris etiam
si nihil sit in peculio dominum tributoria obligat
ita demum si sciente eo negociabitur. Scientiā hic
accipiems quæ habet & uoluntatem: sed ut ego
puto non uoluntatem sed patientiam: nō enim uel
le dominus debet, sed non nolle. Si igitur scit & nō
protestatur & non contradicit tenebitur actione
tributoria. Non expressit differentiam Vlpianus:
neq; hoc semper fit: neq; negationis natura contin-
git sed uerbi: quod significat tum propositum ani-
mi, ut uolo soluere debitum, tum cupiditatem &
gaudium, ut tibi bene uolo, ex quo sit beneuolen-
tia: unde apud Senecam: Fata uolentem ducunt, no-
lentem trahunt, cuius etiam compositum non mo-
do significat inscius sum, id est, propositum animi
non habeo: ut domino tuo noluisti, nolens hoc ē,
inisciēs, sed etiā inuitus sum, & repugno quasi acti-
onem quoq; in se habeat, ut illud ipsum nolentem
trahunt. Vlpianus ergo accipit non nolle, pro nō
repugnantem, uelle autem pro gaudentē esse. Sed
uolens etiam uidetur habere in se actionem, ut il-
lud uolentem ducunt, eritq; idem non nolo & uo-
lo, ne aliter hic redditur ad significatum simplicis
uerbi: quām insignis negatiuis uniuersalibus, ad
significatū simplicium particulariū: de qbus post
uniuersalia nunc differendum est.

Differē.

Velle.
Nom uelle

Differentia signorum particularium, singulare
lariumq; accepta negatione.

CAP V T VIII.

Intra quidam igitur & aliquis, ut ab his incipi
am quæ plus inter se differunt magis apparet
(ut dixi) ex negatione differentia. Nam multo est
aliud, quidam uestrum me non uocauit: non solum
quia ibi significo unum certū puta, illum aut illū,
ut Socratem, hic incertum (ut superius dixi) sed
etiam quod plerunq; aliquis cū negatione est uni
uersale, ut cætera pticularia: de quo nisi apud sto
lidos, nulla controuersia ē, cū nemo sic loquatur:
Non sinit me quiescere quidam soplusta: non inue
nio quendam senem: de quo si cōstat, de hoc quoq;
cōstare debebit quod ab illo differt. Quod de hoc,
idem de cæteris particularibus dico, de quibus si
consuetudinem loquendi postulant, vulgaris hic
sermo est, aliquis non est me fortunatior, quisquā
non est te melior, ullus non est illo modestior, id
est, nemo. Si auctoritatem, tot exempla sunt: quo
ties hæc uocabula reperimus quæ passim reperiun
tur. Vergilius:

Non ulli pastos illis egere diebus.

Frigida Daphni boues ad fluia, ulla neq; amnē
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbā.
Et in eadem egloga:

Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis,

Vlla dolum meditantur. Idem:

Nōnunq; grauis ēre domū mihi dextra redibat.

Idem:

De grege non ausim quicquam deponere tecū.

Etpaulo post:

Efficiam post hac ne quenquam uoce lacescas.
 Quin age si quid habes, in memora nō erit ulla
 Nec quenquam fugio. Idem:
 Et si nō aliquam nocuisses mortuus essem.

Et iterum:

Quin aliquid potius saltem quorū indiget usus,
 Viminibus, molliquam paras detexere iunco.

Omnia hæc exēpla sunt ex uno libro sumpta, ubi
 alia huiusmodi sunt plura. Si rōnem uis: ea in prō-
 ptu est, quod dum dico aliquis uestrū me uocauit,
 id significo quod aut tu qui es aliquis horum aut
 tu & alius quam & ipse es horū aliquis: singulis autem
 hoc dicam me uocasti. Itaque cum nego me uocatū
 esse ab aliquo uestrū id significo quod neque tu, neque
 tu, & ita deinceps me uocasti, hoc nihil aliud est, quod
 nullus uestrum me uocauit. Si tabulas (ut ita dicā)
 atque instrumenta, hæc etiam uobis suppeditat. Nul-
 lus componitur ex negatione & ullus quod dimi-
 nutiuū est ex unus, ut nullus nihil aliud sit, quod ne ul-
 lus quidē quantuluscumque is sit quale est apud Græ-
 cos ^{oudēis} siue ^{oudēis} ex unus & negatione com-
 positum cuius significationis est ^{oudēis} ex nega-
 tione & ^{oudēis} quod est aliquis: quo nomine Ulys-
 ses Polyphemum cæterosque Cyclopas decepit, cū
 se Vtin quod est non aliquem uocari finxisset, er-
 go idem est non ullus & nullus, nullus quod non
 aliquis, idem dico de nequis cui græce responderet
^{oudēis} & nihilum quæ unde componatur supe-
 rius exposui. Idem de nunquam, nusquam, & uspi-
 am, quæ ex negatione & ullus componuntur. Si
 postremo non præiudicia sed latam de hac ipsa re
 sententiam, cur nullus præposita negatione sit
 particu-

Nullus.

Vtis

particulare, nisi quia ipsum ex ulla particulari anteposita negatione factum erat uniuersale, & quod de eo, idem de omnibus particularibus ualeat. Quæ cum ita sint palam est non modo differre quidam & aliquis quod illud singulare hoc uti que particulare est, sed etiam particularia, accepta negatione fieri uniuersalia, ullus quidem semper cum suis deriuatiis unquam, usquam, uspiam, aliquis, plerunqz(ut dixi) quisquam uero & quispiam potius semper: non ullus autem & nonnumquam minime. Quorum nullius fortasse natura magis consideranda est, quam eius unde signum uniuersale componitur nullus, quo non uti non possumus. Id uniuersale semper esse dixi, hoc est, siue præpositum uerbo, ut ullus non est sapiens siue postpositum, ut est sapiens ullus, item non peccauit unquam & unquam non peccauit, usquam uel uspiam. Quæ sane res habet nonnullam in aliquis differentiam. Nam isti nostri dialektici qui nullo nisi aliquis particulari utuntur, uolunt cum hoc postponitur uerbo effici uniuersale, non est beatus aliquis homo, id est, nullus: cū anteponitur particulare: ut aliquis homo non est beatus. Quæ lex utrinque falsa est. Nam illud prius & si sepius est uniuersale, tamen & particulare esse potest, ut si dicam noli contentius pergere, quia sequi non poterit hæc anus & aliquæ puellarum, id est, quia aliquæ puellæ erunt quæ sequi nō poterunt, hoc posterius & si rarius quod illud, tamen plerunqz uniuersale est quæadmodū ostendit superius, ut aliquis beatus non est, quod oratio tamet si potest

si potest accipi pro ea quæ est aliquis est qui non ē
beatus: tamen frequentius accipitur pro ea quæ
est ullus non est beatus. Quisquam & quispiam si
ue præponatur uerbo, siue postponatur cum nega-
tione uix unquam sunt nisi uniuersalia: ut non est
beatus quisquam, uel quispiam non est beatus, id
est, nullus est beatus: è diuerso nonnullus semper
particulare est ubi cuncti ponatur, ut nonnullus cō-
uiuarum non uenit, & non uenit nonnullus conui-
uarum: quasi medium quiddam (ut dixi) inter qui-
dā & aliquis cæteraque particularia: quod neque certum,
ut quidam significat, neque ut cætera particula-
ria cum negatione fit uniuersale. Sed eius rarius
uetus est, cæterorum multo frequentior: ideoque dica-
mus particularia pene semper accepta negatione
fieri uniuersalia. Vsq; adeo ut non modo ubi adest
particulare signum cum negatione fiat oratio uni-
uersalis, uerum etiam ubi nō adest, sed subauditur.
Quale est (utar autē quo res sit familiarior varijs
exemplis) ætate Marci Catonis cœpit esse olea-
in Italia, lauro coronantur triumphantes: hic non
de quadam olea, aut de quadam lauro loquor tan-
quā certa, nec de unaquaque, nec de specie tora, sed
de aliqua arbore, quæcunque ea fuerit oleagina lau-
rinalaque quæ cum sit (ut suo loco ostendi) particula-
ris enunciatio non singularis, quasi subsit signum
particulare aliqua uel quæpiam, ut sit aliqua olea,
& aliqua laurus: erit tamen negatione utique uni-
uersalis quod per se ipse aures agnoscunt, ut Ca-
milli ætate nondum corporat esse olea in Italia.
Lauro Bacchus ferente, non coronant triumphan-
tes. hoc est, ulla olea, & ulla lauro. At si dixerimus Lu-
cullus,

ullus in Italiā primum attulit cerasum. Appius melimellum, nō subauditur aliqua sed ipsa illa quasi proprium nomen esset, ut Typhis primus fecit nauim, quasi Typhis fecit illam primā nauim nempe. Sic primus Lucullus attulit cerasum quasi primam illam cerasum & Appius primus melimellum: quasi primam illam melimellum. Itaq; accep ta negatione non deserit singularitatem: ut Pompeius non attulit primus oleā, cerasum, melimellum, id est, illam primam oleā, cerasū, melimellū: habet autem aliquis non nihil commune cum nullius quia sicut illud solet geminari quale nostrū exemplum fuit, aliquo pīsce uescitur Iudæus, aliquo non uescitur, quo utiq; modo est particulae: non nihil commune cum quiddam: quia pro eo nonnū quam ponitur & si perrara huiusmodi exēpla ut apud Quintilianum. Neḡ id nouum uitium est cū apud Liūium inueniam fuisse præceptorē aliquēz qui dicipulos obscurare quæ dicerent iuberet, græco uerbo utens οὐδὲ ποτε unde illa ægregia laudatio, ne ego quidē iutellexi: ideoq; (aliquando) pro quodam tempore reperitur non solū pro aliquo tiens, ut aliquando morieris quē sunt etiā crebriora exēpla cui simile ē quādoq; ut quādoq; moriar.

De differentia compositorꝫ a ne;

siue a non & ab in pro non.

CAPVT IX.

DIxi de negatione absoluta. Quid de cōposita sentiamus? nempe aliquid interesse, utrum cum nomine negatione cōponatur, an cum uerbo, & utrū ea sit non, siue ne, an in res nimis miran-

158 LAVREN. VAL. DIALECTI.

da etenim signum particulare iunctū cū nomine com-
posito ab utrauis harum negationum semp̄ rema-
net particulare ,cū uerbo secus:ut aliquis est igna-
rus, inscius, immemor mortis, & aliquis est nesci-
us mortis particularis est enunciatio . Itē cū uer-
bo composito ab in, ut aliquis ignorat mortem &
aliq̄s inficiatur debitum, & hæc particularis enun-
ciatio est. At aliquis nescit mortem s̄p̄ius uni-
uersalis præsertim (si dialecticis credimus) a nō posī-
to uerbo, sic nescit aliquis mortē. Item nollet ali-
quis uitam sine uoluptate, nequit aliquis uiuere si
ne molestia, potius ac s̄p̄ius uniuersalis , hoc est,
quod nemo scit mortem, nemo nollet uitā sine uo-
lupitate, nullus quit uiuuere sine molestia. Aliquis
aut̄ (ut sic dicā) nescit mortem, particularis esset si
cuit ignorat. Sed de uoce quæ nūquam reperit dis-
putare non licet. Certe inficiar, qd̄ est, nō faciā pa-
lam quod postulor, & quasi non fateor, particula-
rem efficit enunciationē, ut inficiatur aliquis fur-
tum, cui cum sit simile nego, ut negat aliquis ueri-
tatem quod est particulare, signum est non esse cō-
positum ex aduerbio negatiuo, unde fit enuncia-
tio uniuersalis duntaxat in subiecto. Nam in præ-
dicato qua res & ipsa miraculo nō caret: facit uni-
uersalem utiq̄ intercedente infinito, ut negas ali-
quem esse beatum, quod fit euidentius per ullus, ut
negas ullum inuenire bonum, ut apud M . Tulliū:
Nuper negabat M. Crassus ullam satis magnā pe-
cuniā esse:cui similia sunt ueto, prohibeoq̄, & si
qua sunt alia, ut ueto illū intrare prohibeoq̄; quen-
quā loqui. Nam in subiecto ullus cum negat sine
negatione non iungitur, ut fit cum tribus alijs,
de qui

de quibus loquor uerbis. In quibus eo mirandum
est magis, quod participium non habet hanc quā
suum uerbum differentiam. Ut aliquis est nesciens
mortem, & aliquis est nolens uitam cum molestia
& ut hoc participio utar aliquis est nequiens uiue-
re sine uoluptate, uel est diuerso, nesciens mortem,
nolens uitam cum molestia, nequiens uiuere sine
uoluptate est aliquis, enunciatio particularis est.
Neq; uero in particularibus hoc fit tantum, ue-
rum etiam in uniuersalibus, ut ignorat omnes ho-
mines, uel omnes homines ignorant mensuram
orbis terrarum, uniuersalis hæc: At nesciunt omnes
homines, uel omnes homines nesciunt mensuram
orbis terrarum: nunc uniuersalis est, nunc particu-
laris perinde ac si negatio non foret composita, sic
non sciunt omnes homines, uel oēs homines non
sciunt mensuram orbis terrarum: de cuius negatio-
nis nō cōpositæ natura supius disputauimus. Neq;
id in subiecto solum q̄le fuit quod subieci mō exem-
plum sed etiam in p̄dicato, ut apud Terentium, is
solus nescit omnia uel quia nihil scit uel quia non
omnia, quod differt ab illo, is sol⁹ ignorat omnia.
Secus in nomine & participio ut omnis homo est
inscius siue nescius mortis. Item omnis homo
est nesciens, est nolens mortem, uniuersalis est
enunciatio. Quo magis crescere nobis debet ad
miratio quod aduerbium negatiuum cum uerbo
compositum si applicetur signo particuli effi-
cit enunciationem uniuersalem, ut nescit aliquis
homo mortem, id est, nullus scit: si applicet uniuer-
sali, efficit p̄ticularem, ut nescit omnis hō mortē:
hoc est, quidam scit, quidam nescit. Item nolet
aliquis

aliquis homo uitam sine uoluptate:& nequit alio
quis homo uiuere sine molestia,id est,quod nemo
uult,& quod nemo potest talem uitam ,& nollet
omnis homo uitam cum uoluptate,aut nequit oīs
homo uiuere sine molestia, idē ē quod quidā nol-
lent,& nequeunt quidam, etiam uellent & que-
unt,econtrario.In compositum cum uerbo, si ap-
plicetur signo particulari,conseruat particularita-
tem,sicut ostendimus:si signo uniuersali ,conser-
uat uniuersitatem,quasi nunc plus uirium habe-
at ad negandum quām ipsum aduerbum negati-
uum:harum dubitationum(sunt enim duæ) singu-
larum rationē reddam,quarum una est, cur igno-
ro & nescio,& si qua sunt alia differunt,id sit,quia
præpositio in, cum nequeat seiungi à dictione cū
qua componitur(quoniam seiuncta non eandem
significationem immo nullam obtinet) quandam
facit negando affirmationem sicut abest:quod et si
idem est quod non adest:tamen affirms:ideo que
ignoro non recipit illud particulare ullus quod
negatione gaudet.Nemo enim dicat, hanc rem ul-
lus ignorat,ut dicimus hanc rē ullus nescit.& quē-
admodū in Sicilia mulieris quę ritu latino nubit
dos,ita cū bonis mariti miscet ut sint omnes facul-
tates pro in diuiso unumq; faciant corpus.Ita præ-
positio hęc cum alteri dictioni(ut sic dicam) nubit
iudiuidua fit & unum corpus facit affirmationis.
Aduerbialis autem negatio composita quasi græ-
co ritu nubēs,semper significationem suam,ueluti
dotem seiunctam habet aut pro seiuncta intelligi
uult.nam resolui ab eo cū quo copulatur solet ut
dixi de nullus.Altera dubitatio cur nescius nesci-
ens nolens

LIBER SECUNDVS.

168

ens nolens differant à nolo & nescio. Id sit quia in nomine & participio, signum non spectat ad legationem, quoniam ipsum est in subiecto illa in prædicato, aliquis homo uel omnis homo est nesciens mortem, uel nescius mortis: perinde est ac si dicatur, aliquis hō uel omnis hō est is, siue est talis qui nescit mortem, eritq; negatio illic uel unde abest signum siue particulare siue uniuersale. Nam cum singulari ambiguitas hæc nulla est ut quidā ignorat diem mortis, & quidā nescit diem mortis, aut cum signum abest. Plato ignorat linguam latinā, & Plato nescit linguam latinā, quidam, Plato nescit uerum bonum, siue est nesciens uerum bonum, uel nesciens ueri boni quæ idem sunt. De infinita si quid id præcipiendum erat satis per ea quæ superius diximus intelligi potest. Ex his quæ disputauimus constat, id de quo in principio huius libri me promisi disputaturum non resolui uerbum in suum participium cum uerbo substantiuo, non enim quisq; uel ullus nescit diē mortis, resoluitur in illud, quisquam uel ullus est nesciens diem mortis, & ita in cæteris similibus quoniam significatio uniuersalis resolui non potest in particularem, sicut è contrario in signo uniuersali nescit omnis homo diem mortis, perinde ac si dices, non omnis homo scit diem mortis, hæc enuntiatio nequit in illam resolui, omnis homo est nesciens diem mortis, quæ est uniuersalis cum illa sic particularis.

Quot sint signa particularia,
quot singularia.

CAPVT X.

I

Non

Non desunt quæ de his etiā differamus, sed hæc ipsa ne excesserint modum ue
reor. Quæ tamen exequendi necessita
tem imposuit mihi imperitia aliorum
de hac re quid dicant, aut quid sentiat
nesciētum, præcipue latinorum. Nam græci uno
nomine aliquis & quidam appellant *m* quæ uox
communis est masculini generis, & feminī pro qs
& quæ, pro quidam & quædam pro aliquis & ali
qua, & cæteris particularibus, & in neutro *n* pro
quid & quod pro quiddam & quoddam pro aliqd
& aliquod, & pro nonnihil, cæterisqe huiusmodi:
& si in obliquis accentu acuto pronunciatur, pe-
nultima pro quis, quæ, quid:ultima pro alijs, inter
dum pro aliquantum in neutro, & in plurali per
omnia grana pro aliquot qd græci proprium nō ha-
bent. Adeo uix unquam latini sermonis egestas ta
topere superat græciae libertatem. Nam pro uno
græco nos plurima habemus, nō redundantia, sed
maxime necessaria, ut ea enumerem quis, qui-
dam, aliquis, ullus, nonnullus, quisquam uel quis-
piam. Cuius aduerbiū aliquoties non idem pror
sus est, quod aliquando, & quandoqe, & nonnunqe.
Hæc si græci ē linguae inopia non distinguunt, id
circo nos distinguerem negligemus, & hoc quod a-
pud illos nō animaduertere, nullam pene oratio-
nem esse utrinqe particularem, id est, affirmando
et negando multiplicem utrinqe singularem etiam
citra propria nomina, non quidam quidam, nō ali-
quot aliquot, non aliquanti aliquanti, nō pars ps,
non alter alter, non aliis aliis, nonnullus nonnul-
lus non, & aduerbia nonnunquam, nonuunquam
non

LIBER SECUNDVS.

163

non, & quæ sunt id genus, & in neutro genere qd-dam quiddā non, nonnihil, nōnihil non: cæteraqz quæ neutra quoties non adest genitiūs sic expo-nuntur quædam res, nonnulla res: quoties adest quale est quiddam boni, non nihil mali: sed quædam pars boni, nonnulla portio malique madmo-dum fit in similibus, ut aliquid gratiæ, multum ho-noris, plurimum pecuniariū, plus uoluptatis. Quæ ita exponuntur aliqua pars gratiæ, multa pars ho-noris, plurima pars pecuniarum, maior portio uo-luptatis. Dixi nonnullus, & nonnihil: & nonnun-quam esse singularia quia sunt media quædam in-ter singularia, & pluralia ut superius docui, & à particularibus plus differunt, quia uera particula-ria sunt ex parte negatiua uniuersalia. Simile qd-dam accidit in quilibet & quilibet non, in uterlibet & uterlibet non, in quiuis & quiuis nō, in uteruis & uteruis non, in alteruter & alteruter non, & si qua sunt alia, quæ uix discernas singularia sunt an particularia, tamen quia cum negatione nunq̄ sunt uniuersalia, quod est proprium particulariū, inter singularia potius collocentur.

De stultitia male utentium negatione, & de
ipsius negatione probatissimo usu.

CAPVT XI.

SVNT tñ qui applicent ibi negationem ubi hærere non potest, ut non quidam legit, qd dictu absurdum est. At ego ne sic quidem loqui ausim non aliquis, non ullus, non quispiam legit, nisi in carmine, ubi trajectio-
nē est

16; LAVREN. VALLAE DIALE.

est permitta uerborum, dicendum enim est aliquis non legit, siue non legit aliquis, ullus, uel quispiā. Sic quidam non legit, siue non legit quidam. Non nulli quod deformius est, addūt superfluas ineptē sanē & sophisticē. Cuius cauillationis fons græcus est, à nemine latinorum ueterum quod sciām probatæ, nisi ab uno Boetio, q̄ in Romana grauitate ac seueritate natus quiq; eloquēs uideri uoluit miror admodū cur has nugas sectari quā insectari maluerit. Nam de alijs minus miror qui post eum extiterunt, quorum nemo fere primis saltē labris latīnae linguae proprietatem degustauit, aut extremis digitis attigit, non quidam non legit, nō ambulat, quidam homo non saltat, quidam nō homo non saltat. Quis hic sermo est quæso nisi picarum atq; coruorum quos quidam (ut inquit Persius) docent nostra uerba conari. Cum dicis quidam hominem certē significas, cum iterum dicis nō homo, negas quod aīs. Quis nam iste homo est, non homo nisi tu qui cum sis homo picarum coruorūq; effundas uerba non hominis. Non ioco equidē sed serio & cū stomacho loquor, picina coruinaq; non humana uox est, & si in illo tergiuersaris, non homo legit quod perinde sit ac si dices aliquid non ens homo legit, quod longissimē abest à uero. Nā cum dicis aliquid non homo, fateor tunc subaudiens. At nunc uis subaudiri & ens, & aliquid, qd fieri nequit. Iam quid sibi uult negationum tanta perturbatio, tanta congeries futile et barbara, qui dam non homo legit, non quidam homo ambulat, omnis est homo non iustus, non est non iustus non Socrates: monstra sermonis non uerba, quæ uerba ut idem

ut idem Persius ait: Non sani esse hominis, non sanus iuret Horestes. Adeo ne deest alibi nugandi materia ut in disciplina ueritatis, sicuti iactatis (nā omnis disciplina de uero quærit) mendacissimi ioculatores uelitis inueniri: nobis quidem ad normam grammatices loquendum est, nec tam grammatica quā latine loquendum, hoc est, non tam ad praecepta artis quam ad consuetudinem eruditorum atq; elegantum, quæ optima ars est. Nam q̄s nescit maximam loquendi partem autoritate nisi & consuetudine, de qua ita ait Quintilianus: Consuetudo est certissima loquendi magistra, utendū' que plane sermone, ut nummo cui publica forma est. At enim ratio est, inquiunt, cur ita loqui liceat, si uelimus, utinam esset, ut eos probare potius quā improbare possemus. Nū quod Græcus, Hebræus, Latin⁹, fAer, Dalmata, ceteræq; liguæ ipsas uoces figura loquendi discordant, usu fit non ratione, nisi in paucis. Nec magis de grammatica ratio reddi potest (quod quidam nugatores faciunt, ut hi q; de modis significandi scribunt) quam cur alijs uocibus alieniores utantur. At ne de alijs rebus agam, sed de sola negatione quæ apud grammaticos uerbo postponitur, quale esset uolo non. Quid causæ est cur lingua græca præter ea quæ exposui dicitur, non audiui nihil, uel nihil à nullo audiui? cum quis nihil audisse, uel nihil ab aliquo se audisse ait, & nec non pro non. Quid de græcis loquor? nōnne apud nos idem intellectus est: nec amare nec odiisse te possum, & non possum te nec amare, nec odiisse, cum hic duplex negatio sit, ibi tr iplex Cicero, Nolo, inquit, ne hæc quidē humana igno

ret, ne quidem idem est, quod nec etiam: muta no-
lo in uolo, sic: uolo ne hæc quidem humana igno-
ret, muta ne in ut sic, nolo ut etiam hæc humana
ignoret. Deinde ne ut sic nolo ne etiam hæc huma-
na ignorct, adiçe utrungq; sic, ne hæc quidem hu-
mana, uel nolo ut nec etiam humana, uel ut neque
hæc humana ignoret, his tot uarietatibus senten-
tia tamen perstabit eadem. Quid quodcunq; neq;
sit cōpositum ex negatione ne & coniunctione q
quod per apocopē fit nec idem valeat quod & nō
tamen emendate loquar ad hunc modū, neq; dor-
mio neq; non dormio, non aut sic, & non dormio,
& non non dormio. Quid qd^r sine neq;, seu nec pos-
sumus emendare efferre non nō, dū aliquid inter-
ponamus, sic contēnis gloriam non tñ nō uereris
infamia quod si, quis ita extulisset, tñ non ueroris
infamiam:merito ab omnibus rideat. Item non
sum non fortunatus, non tu non fœlix es latine di-
cimus, tolle è medio negationum interiectam di-
ctionem iam erit barbarismus. Quintilianus ut ap-
pareat non utiq; non narrare eum qui negat, sed
illud ipsum narrare quod negat, ideo interposuit
illud utiq; ne duæ negationes indecenter coirēt.
Item fit in ne pro ut non. Quale apud Lucanum:
Ne non semel omnia Cæsar acciperet, ac si dicas,
pro illo ne non fileres imperavi, sic ut non fileres
imperavi, lapides uidearis loqui, ut Plautus ait. At
ego consuetudine quadam aurium pro illo nullus
non currit, nemo non ambulat, nihil non moue-
tur à semetipsa: non ausim dicere non currit nul-
lus, non ambulat nemo, non mouetur à semetipso
nihil. Quid quod in eadem oratione non idem
semper

semper est sensus, sed penè contrarius & quasi hic affirmatiuus ille negatiuus, ut uir malus, nulla lacesitus iniuria ab amicitia recedit. Vir bonus nulla lacesitus iniuria ab amicitia recedet uel recedat, & fortassis etiam recedit, hic eadem uerba & malo de uiro dicuntur, & de bono, sed malus recedere ab amicitia intelligitur, bonus non recede-re, & ille nō lacesitus, hic lacesitus: cuius rei quid causæ est? nisi consuetudo, à qua si quis desciuerit non secus à choro literatorum explodendus quam legum morumq; contemptor è ciuitate expellendus est. & ut sunt uarij mores uariæq; leges nationum ac populorum, ita uarie naturæ lingua-rum apud suos unaquaque intemerata & sancta, itaque consuetudine tanquam quodam iure ciuili standum est.

Nihil differre esse quid iniustum, & es-se non iustum, & ita in similibus.

CAPVT XII.

IN nonnullis tamen quidā arguti homines publicos mores ac leges emendare conant ostentandi ingenij gratia (si ingeniosum est falsum loqui) tradentes aliud esse in cum ad iectiuo compositum, & idem adiectiuum simplex cum aduerbio negatiuo, ut omnis homo est iniustus, & omnis homo non est iustus. Socrates est iniustus & Socrates est non iustus. In quo se aut ignorare usum loquendi indicauit, aut illum uelle corrumpere. Quippe cum hæc duo sint non modo significationis sed penè uocis eiusdem. Nam quid differt homo innocens & homo

non nocēs: Vir illiteratus & non literatus: Mulier īpudica & mulier nō pudica: hoc ē impossibile & hoc est non possibile: res est incerta, & res est non certa: profecto nihil. Ita non differt homo est iniustus, & homo est non iustus. At enim equus truncus, lapis est non iustus, nec tamē est iniustus, in homine fateris non esse aliud iniustū esse & non iustum: Quid si ibi aliud nō est, nec alibi aliud erit: nec inficias eo non semper hæc idem esse, sed id factum esse casu in paucis quibusdā, qualia sunt credulus laboratusq; quorum alterum in affirmādo & negando uitiū est, alterum uirtutis, præter aliorum naturā. Credulus enim is est, qui iusto prorior est ad credendum, incredulus autem, qui nimis tardus ad credendum, penē nunquam credens. Laboratum opus dicitur, quod cum cura & studio effectum est: illaboratum est, quod sine labore, id ē, difficultate factum uidetur. At non credulum esse uirtutis est, non laboratum uero uitiū, quod uide licet negligenter factum est. Docilis quoq; is est, qui facile docetur, non docilis qui non facile: indocilis autem, qui nullo modo quasi indocibilis, quia ipsum indocibilis non reperitur: id in alijs uix reperias. Itaq; si equus non potest dici iniustus profecto, nec dici poterit non iustus, quia hæc non differunt quemadmodum sit in cæteris. Quid enim interest hic equus, hic truncus, hic lapis, hic ager, hic locus est nō doctus, & est indoctus, est non literatus & est illiteratus, est non dominus, & est in dominus, est non politus & est impolitus, est non noxius, & est immoxius, est non stabilis, & est instabilis, est non aratus, & est inaratus, est non cultus

Credulus,

Laboratū
opus.

& est

& est incultus, est non rationalis, & est irrationa-
lis, est nō mortal is, & est immortalis: omnino (ut
dixi) nihil. Nam eis respondere quid attinet,
qui aiunt iniustum esse eum, qui agit iniuste: non
iustum uero, qui agere iuste non potest, & item
in similibus, quo dicto nullum unquam audiui ab-
surdius: cuius rei si inter infinita è contrario exem-
pla uel unum reperiant quod secum faciat, mecum
nullum facere confitebor. Quid ergo dicemus, la-
pidem iniustum ut dicimus non iustum, quasi ueli-
mus lapidem esse malum ut raceam, me nunquam
audisse lapidem non iustum, quia fortasse subaudi-
endum esset hominem, certe dicam lapidem iniu-
stum nec tamen intelligar de eo peccante loqui,
quod ne in homine quidem intelligeretur, nisi qā
nihil medium est inter hominem bene & male agē-
tem, cum ad legem ueritatis loquimur, ut libro su-
periore dixi. Itaq; cum dico tu es iniustus, non tā
dicitur, quam consequens est te esse malum: Et la-
pis est iniustus nil aliud est quam lapis est, non iu-
stus, & ita in cæteris: si modo hic sermo in aliquē
prudentem cadit, quod adeo non cadit, ut uix unq;
quispiam sic loquitur, hic homo est iniustus, & hic
ager est non cultus, sed ita hic homo non est iustus
& hic ager nō cultus, quia idem sensus est. Erit au-
tem non aliquid fortasse differentiæ quia uerbū
inter negationem & adiectivum interuenit etiam
quando subauditur, ut in illis homo non iustus dis-
plicet cæteris, & ager non cultus displicet oculis,
subauditur ens, id est, non ens iustus, & si ens cul-
tus, ut sit homo qui non est iustus, & ager qui nō
est cultus quæ ratio facit, ut in cōparatione sit ap-

169 LARENTII VAL. DIALE.

tior hæc differentia. Quoniam peior est, vir altero iustior, quam altero non iustior et iniquissimus quam non æquissimus. Item peior est ager incultior altero quam non cultior, & incultissimus quam non cultissimus. Sed hæc hactenius, iam consequens est ut de negatione quæ inest cōtrarijs, subcontrarijs, contradictorijs, subalternis, enunciationibus dispi ciendum sit.

De oppositione enunciationum.

CAPUT XIII.

OMNES ferme qui contrarietatem affirmationis & negationis tradiderunt, in quatuor eas species p̄titi sunt: Vnā cum uniuersalia sibi opponerentur, ut omnis elephas ē niger, nullus elephas est niger, & hæc cōtrarias appellauerunt. Alteram cum particularia, ut quidam elephas est niger, qui dám elephas non est niger, & hæc quia maiora cōtraria sunt subcontrarias nominarūt. Alix duæ ex istarum commixtione fiunt quoties una contrariarum uni subcontrariarum opponitur, si non suæ particuliari singulariue, contradictorias, si suæ, subalternas uocauerūt exemplū prioris, quæ eadē est tertia omnis clephas, est niger quidem elephas nō est niger, hic uniuersalis affirmatiua opponit, particulari negatiua & édiuerso nam contradictriae & subalternæ, duplices sunt quia ex utraq; priorum constant, nullus elephas est niger, quidam elephas est niger. Exemplum sequentis quæ est eadem quarta omnis elephas est niger, quidam elephas est niger. Malui efferre exempla per elephas quam uulgato more cæterorum per homo, ne in ea lumenis

LIBER SECUNDVS.

170

Iumniam caderem indoctorum qui (ut ait M. Fabius) dum aliorum infiditiam insectari uolunt, suam confitentur: horum ineptiam opere precium est cognoscere. Aiunt emendandos esse superiores qui hæc contraria fecerunt. Omnis homo est animal, & nullus homo est animal, & hæc contradictione, omnis homo est animal, & quidam homo non est animal, quia omnis ad utrumque sexum, nullus & quidam ad alterum tantum pertinet, hoc opinor nō ignorabat Boetius & si qui alijs ueteres ita dixerunt, sed ad literam transferre uoluerunt. Nam græce dicitur omnis homo. At quomodo id isti emendant Aristarchi nostri atq; censores nempe omnis homo, & quodlibet quod nō est homo, & nullus homo, non intelligentes se quodlibet p̄ quilibet ponere, propterea hoc signum nequaquam esse uniuersale, ut superius probauimus, quasi uero difficile sit illum errorem si error dicendus est (Nam Focas uult homo esse generis masculini) a litter emendare, mutando uel signum sic omnis homo & nemo. Item quisque homo & nullus homo, uel terminum, sic omnis vir & nullus vir, uel exemplum, ut ego feci sic omnis equus, nullus equus siue ut eis placeam, omnis asinus nullus asinus. Sed ad id quod instituimus reuertamur.

De contrarijs.

CAP.VT XIII.II.

Contrariarum enunciationum hæc ab omnibus dialecticis esse natura traditur, ut non possint esse ambæ ueræ, possint tamen esse ambæ false. Sed qui fieri potest ut duο falsa sint, inuicem

inuicem contraria: profecto non magis quā duō uera. Verum falſo, & falſum uero contrarium eſt, non falſum falſo, quia nec uerum uero. Quod ita eſſe & alijs locis & hoc ipſo deprehendimus, nam hæc duo quæ dicuntur falſa, habent singula in ſe ptem ueri cum falſo mixtam ut omnis equus albus eſt, nullus equus albus eſt, in his non falſitas alterius partis mutuo repugnat falſitati alterius ſed ueritati, quemadmodū in ſuperiori exemplo. Altera pars omnino falſa, & omnino uera altera faciebat contrarietatem, omnis elephas niger eſt, nullus elephas niger eſt. Communi tamen conſuetudine eam orationem falſam uocamus ubi aliquid falſi in eſt, quam nos etiam conſuetudinē hic ſequamur, dum ſciamus non eſſe ambas plane falſas ſed non ueras & ſi partem ueri habeant quia eam dicimus utiq; ueram orationē, quæ omni ex parte eſt uera. Quod quid momenti habeat poſtea apparebit. Prius oſtendamus quando hæc diuersitas ſit, ut nunc una ſit uera, falſa altera, nunc ambe falſæ, in ſubſtantia quidem & in qualitate perpetua hoc eſt, quæ aut ſemper adeſt, aut nunquam ad eſt, ut elephanti ſemper adeſt nigritia, nuquam albor, aut latratura, aut alia huiusmodi, & in actione una perpetua una pars alteram peremitt, ſcili-
cet uera falſam, modo ab affirmatione, modo à negatione, ut omnis elephas eſt animal, nullus elephas eſt animal. Affirmatio eſt uera, negatio falſa. Item omnis elephas eſt homo, nullus elephas eſt hō. Affirmatio falſa, uera negatio, hoc in ſubſtantia. Omnis elephas eſt niger, nullus elephas ē niger. Itē omnis elephas eſt albus, nullus elephas eſt.

est albus. Hic quoq; in qualitate nunc affirmatio uera omnino est nunc negatio. In actione hoc sit exemplum: omnis flamma urit quod uerum, nulla flamma urit quod falsum est. Item omnis lapis in altum tendit quod falsum, nullus lapis in altum tendit quod omnino uerum est. At in non perpetua & qualitate & actione plerunq; neutra pars alteram perimit, sed utraq; alteram uulnerat, qua si dextra utriusq; gladio armata amputat sinistrā alterius scuto carentem. Videlicet ueritas quæ est in hac parte, amputat falsitatem quæ est in illa, ita ambæ mutilæ ac truncæ, non tamen mortuæ sunt, hoc est, neutra prorsus uera aut prorsus falsa, q; si nec mortua, nec sana sed ægrotia, licet utriq; nomē mortuæ imponatur, id est, falsæ. Exemplum tale ē omnis elephas pinguis est & ambulat, nullus elephas pinguis ē uel ambulat utrobiq; ueritas, utrobiq; falsitas est in affirmatione & negatione, quoniam ut hominum ita elephantum, aliis pinguis, aliis non pinguis est, hic ambulat, ille non ambulat. Sed pro falsis ambæ habeantur quandoquidē ita uocantur cum sint potius non ueræ (ut dixi) q; falsæ: ideo autem plerunq; tales esse dixi, quia potest afferri casus ut hæ sint, alterutro ueræ & falsæ, ut si transcendat nunc alpes Annibal dicaturq;, omnis elephas Annibalis macer est, & labore uiæ detractat, nullus elephas Annibalis macer ē & labore uiæ detractat. Nam nihil impedit quin aut affirmator uerum dicat, aut negator. Hæc de universalibus quibus indefinitas esse simillimas dixi, Boetius tamen quosdam ueterum græcorum se-
quitur, eas nihil distare à particularibus uult esseq; semper

173 LAVREN. VAL. DIALECTI.

semper utrinq; ueras & ad hoc probare exemplo,
homo grāmaticus est, si quis dicat de Donato ue-
rum est: item homo grāmaticus non est, si quis di-
cat de Catone etiam uera est. Boetij pace minime
est hæc prudētis oratio, primū quod posset utrūq;
falsum esse. Si ille qui dicit homo grammaticus est
de Catone, & hic qui negat de Donato loquatur:
aut unum uerum alterū falsum, si ille qui affir-
mat sentiat de Donato, hic q; negat de Seruio, aut
ēcontrario, deinde quod hæc oratio non est indefi-
nita sed finita & singularis, cum is qui loquitur de
certo homine sentiat uel Donato uel Catone, &
forte uniuersalis aut certe cæca. Nam siue ad te re-
spiciendum est qui loqueris de singulari & de fini-
to homine sentis, uel Donato uel Catone, siue ad
audiētes de uniuersis hominibus loqui putaberis,
ueluti si dices homo est animal rationale aut qd
loquaris tecum erit. Postremo nō est sermonis usi-
tati apud ignaros de quo loquamur homine dice-
re, homo grammaticus est, homo grammaticus nō
est. Sed quemadmodum superius demonstrauit de
quo mentio habita est, & de quo agi audientes in-
telligunt. Ita ut subintelligatur ille quem scitis,
quod declarat illud(homo) quemadmodum de cæ-
teris rebus sit, ut inuētus est liber salua res ē, id est,
is liber quem scitis, & ea res de qua agebatur, qd
ab alio nisi ab eo cui antea negotium cognitum
erat non intelligitur. Itaque illa Boetij oratio nō
fuit digna quæ à Boetio proferretur. hactenus de
contrarijs.

De subcontrarijs.

CAP VT XV.

SVE

SVbcontrarias aiunt ē particularibus fieri: casque tum simul ueras esse, tum alterutra parte ueras, nunquam utringꝝ falsas, ab istis ego quemadmodum in contrarijs quæsiui quomodo contrariae inter se poterant esse ambæ falsæ, nunc & quidem iustius possum querere cur appellant subcontrarias quæ sint ambæ uere. Nam quibusdam posset uideri minus aduersari uerum uero quam falsum falso. Quod si dicas, dum altera uera est, altera falsa tunc subcontrarias appellari re spondebo uicissim dum utraque est uera non posse dici subcontrarias. Verum si altius inspiciamus non in nomine, sed in formula uestra uitium est, qui uultis has esse subcontrarias. Quidam homo currit quidam homo non scurrit, & utranque esse ueram, quod falsum est nisi etiam harum utraque uera est, Plato currit, Plato non currit, quod fieri non potest. At enim si de diuersis hominibus intel ligias, cum dicitur quidam, & quidam possent ista ratione ambæ falsæ esse, si uterque falsum loquatur, nam uterqꝫ mentiri potest, quemadmodū superius dixi de Catōe & Donato, si is qui dicit qdam homo grammaticus est, sentiat de Catone, uel de aliquo agricola: is qui dicit homo grammaticus non est, sentiat de Donato, uel Seruio: hoc pluribus confirmarem, nisi ipsius Boetij uerbis constarer, dicentis: Sed ista tunc diuidunt inter se uerum & falsum, id est, una pars est uera altera falsa, cum idem subiectum, idem tempus, idem prædicatum sit. Subdit' que de subiecto exemplum, inquiens, quod autem dico tale est si æquum subiectum fuerit, non diuidunt uerum & falsum.

falsum. Si quis enim dicat, Cato se Vticē occidit,
& respodeatur Cato se Vticē non occidit, utrāq; uerā sunt. Nam Cato minor se Vticē peremisit, &
Cato Censorius se Vticē non occidit. Ex his Boe-
tij uerbis liquet nō esse diuersum in subcontrarijs
subiectum, & cum ita sit, necessario esse alterā ue-
ram, alteram falsam, non utrang: cum una res nō
possit affirmari ueræ, & negari, & tunc demū has
uocari debere subcontrarias, siue ab eodē exēplo
recedā, uterq; loquens de eodem Catone sentiat.
Quod exemplum cum nihil differat à superiore,
ubi quis sentiens de Donato dicit, homo grama-
ticus est, & alter sentiens de Catone homo grama-
ticus non est, miror cur illas uelit esse subcontra-
rias, cum has & quidē merito nolit esse. Nihil em
differt an homo grāmaticus est, an Cato se Vticē
occidit. Si utrumq; ambiguum est de quo id lo-
quitur sentiat. Ne ibi quidem Boetius uult esse sub
contrarietatem(ut dixi) ubi non est aut idem tem-
pus, aut idem prædicatum. Exemplum temporis,
Socrates ambulat, Socrates non ambulat si tu lo-
quaris de tempore quo ambulat, ego de tempore
quo non ambulat. Exemplum prædicati, si quis di-
cat in nocte lucet, in nocte non lucet, utrāq; ue-
rā fieri possunt: Nam in nocte lucerna lucet, et sol
lucere non potest. Hoc ipse Boetius uiderit q̄uo
non sit idem tempus in utrāq;, cum utrāq; tempus
præsens dicat: aut quomodo lucerna & sol in ora-
tione subintelligi possint. Præterea non est hic am-
biguitas in prædicato, ut ille uult, sed in subiecto
quod est lucerna & sol, quale fuit exemplum supe-
rius, ut enim ibi alter loquebatur de Catone, alter
lucerna

LIBER SECUNDVS.

176

de Donato quæ sunt duo subiecta, ita hic alter de lucerna loquitur, alter de sole. Quanquam nō est, absoluta diuisio per idem subiectum, per idem tēpus', per idē p̄dicatū faciēda, potius per cādem substantiā, per cādem qualitatē, per eandē actionē, siue in subiecto, siue in uerbo, siue in prædicato, siue in dictione indeclinabili. Hæc magis confutādi aliena, quām tradendi nostra longius exequuti sumus, quam enim disciplinam requirit ut scias cū duo dicant ēdiuerso Plato uiuit, Plato non uiuit, alterum utiq; uerum, alterum loqui falsum, siue p̄ pronomina, iste est bonus, iste non est bonus, non sum loquutus per quidam ut cæteri fecerunt, quia uix recipit hoc signum subcontrarietatem. Nam si me dicente, quidā est sapiens dicas tu, ēdiuerso me impugnes, quidam non est sapiens nequaquam impugnas. Qyia si de alio quām de quo ego homine sentis, nihil ad me, si de eodem stulte loqueris, cū sic impugnare debueris iste quidam de quo loqueris quod sapiens sit, non est sapiens. Idē efficit nōnullus, quod(ut dixi) est pene signum singulare, ut si dicas, nonnullus homo est sapiens, ego ut negē quod ait, necesse habeo repetere idem signum cū pronomine aliquo demonstratiuo ut modo dicebam de iste, sic iste uel ille nonnullus quem ait sapientem esse, non est sapiens, & ēdiuerso dicēte te nonnullus homo non est sapiens, sic impugnabo, iste nonnullus quem negas sapientem esse sapiens est, ut apud Ciceronem de legibus cum dixisset Titus Pomponius Atticus & à nonnullis ueritas postulatur. Q. subiçit nonnulli isti Tite faciunt impe

m impe

177 LARENTII VAL. DIALE.

imperitè quia alijs nonnulli intelligerentur reprehendi quā quos Quintus reprehensos uolebat, ne per aliquis quidem sit subcontrarietas, nam hoc in loco cum negatione aliquis semper est uniuersale, ut aliquis homo currit, aliquis non currit, quia negat illum esse qui currat. Quo circa propria & penē sola subcontrarietas est in pronominibus ac proprijs nominibus, nunquam (ut dixi) utraq par te uera. Quo magis illorum confutatur opinio q̄bu placuit duas aliquando subcontrarias simul es se falsas ubi eorum prædicatis adest signum uniuersale, ut Plato est omne animal, Plato est nullū animal. Neq; enim sunt ueræ subcontrariæ quarū secunda non negat quod prior affirmat: habet ita que illa affirmatiua, Plato post omne animal suā negatiuam Plato non est omne animal: & hæc negatiua suam affirmatiua, Plato est aliquod animal q̄a ullū nūc dicere non possumus. At plus negatur in hac, quām in altera affirmatur, id sit natura particuliū quæ accepta negatione fiunt uniuersalia. Nec interest quod uidetur ab istis uerbo postposita negatio, cum in resoluendo præponat̄ sic, Plato non est ullum animal, id est, aliquod animal, cuius subcontraria est illa quam dixi, Plato ē aliquod animal, non autem omne animal, in illis interest, quale est, hic est non iustus, cuius subcontraria erit hic non est non iustus. Non autem illa hic non est iustus: quæ habet suam hanc, hic est iustus: eodem modo Socrates est iniustus non habet illam subcontrariam Socrates est iustus, sed hanc Socrates non est iniustus, neq; uero dissimulandū est illas, Plato est aliquod animal & Plato non est aliquod

aliquid siue nullum animal, non subcontrarias à
prædicato dicendas esse, sed contradictorias de q-
bus nunc ordo est ut dissieramus.

De contradictorijs.

CAPVT XVI.

IDem in contradictorijs quod in cæteris usuue
nit, ut ex altera parte sint ueræ ex altera falsæ,
siue in substantia siue in qualitate siue in acti-
one: Nec refert an contrariarum sit altera falsa, ut
omnis equus est animal, nullus equus est animal:
an utraq; ut omnis equus est albus, nullus equus
est albus, nisi ad discernēdum utra ex parte sit, uel
uera uel falsa contradictionia. Nam si utraq; cōtra-
dictoriarum est falsa, erunt ab utraq; p̄ticulari cō-
tradicitoriae ueræ, quidam equus non est albus: que
contradicit illi uniuersali nullus equus est albus.
Quod ideo fit qā uniuersales cū sint ambæ falsæ,
h̄nt (ut superius dixi) aliqd ueri quod nūc ipsarum
particulares assumunt. At si altera contrariarum
hoc est, uuiuersalium est falsa, ut nullus equus est
aīal, eius particularis erit falsa, facietq; à se contra-
dictoriam falsam, ut quidam equus non est aīal q;
opponit illi omnis equus est aīal, & èdiuerso alia
particularis, quidam equus est animal, quia nasci-
tur à fonte ueræ uniuersalis, faciet à se ueram con-
tradictoriam, impugnabitq; illam, nullus equus ē
aīal, ideoq; parum robusta est dialecticorum rō di-
centium, ad cognoscendam falsitatē uniuersalis, fa-
cere ueritatem sūræ contradictoriæ, quia èdiuerso
potius contrariae quæ sunt uniuersales probat cu-
iusmodi sint subcontrariae, nec indigent adiumento
inferiori, clare ipse p se & suapte luce notæ atq; il-
m 2 Iustres

Iustres, eos sequutus Boetius, ita inquit: Si particularis quidam homo iustus est, falsa fuerit uniuersalis etiam omnis homo iustus est falsa erit. Nam si quidā homo iustus est falsa fuerit, uera erit, nullus homo iustus est, falsa igit particulari, falsa erit uniuersalis. Item negatiue, si negatiua particularis falsa fuerit, quæ est, quidam homo iustus non est, falsa etiam erit, nullus homo iustus est: nam si falsa est, quidam homo non est iustus, uera est illa, omnis homo est iustus, falsa igitur particulari, falsa erit etiam uniuersalis, sed non conuertuntur. Hæc Boeti oratio ad subalternas quoque respicit, de quibus an recte dixerit mox uidebimus. Boeti (ut absentem alloquar & mortuum) uehementer tuam uel eruditionem, uel diligentiam desidero. Adeo' ne ad magistrum respexisti ut naturam se qui desineres: ita græcos ascivisti, ut à latinis descisseres, & mores linguae alienæ, quam nostratis apud nos ualere malles. Cōsule priscorum libros, publicam consuetudinem interroga, temetipsum in consilium adhibe, & cōperies istud quod loqueris ab illorum immo à tuarum aurium iudicio discrepare, quidam homo iustus est, puta me de Catilina loqui, certe hæc particularis falsa est. Nungd uniuersalis eius contradictoria, nullus homo iustus est uera erit. Non Cicero qui Catilinam oia uastare ac delere cupientē iustitia sua & urbe eiecit, non Cato qui coniuratos morte afficiendos cōsuit, non illi qui salutiferas optimasq; sententias dixere in senatu, non cæteri ciues? Itē de Cicero-ne sentiens dicam, quidam homo non est iustus pfecto mentiar, nunquid idcirco illa erit uera, omnis homo

homo iustus est Catilina, Lentulus, Gabinius, Cethegus cæteræq; rei publicæ pestes: at enim cū de singulari aliquo loquimur singularis est enuntiatio, ut Catilina iustus est, Cicero iustus nō est ego de particulari inquiens, non de singulari ago. Nō particulare est Boeti, quidam sed singulare, etsi singulari est idem particulare, ut iterum dixi. Sed uicelicit ad magistrum græcū respexisti, non ad tuæ linguæ naturam pro aliquis dicens quidam. Non enim si quidam homo iustus est falsa fuerit, protinus uera erit, nullus homo iustus est sed si aliquis. Verum tunc non erunt contradictoriae. Nam negare aliquem hominem esse iustum, quid aliud est quam dicere nullū hominem esse iustum. Sed quia nonnunquam aliquis & forte quisquam & quispiam (nam ullus unquam cum negatione remauet particularē) concedamus ipsum posse facere contradictionem oppositam illi uniuersali, omnis homo est iustus, nam de altera contradictione non ambigitur, quæ est, aliquis hō est iustus, siue aliquis equus est albus, opposita illi nullus homo est iustus, siue nullus equus est albus. Veræ autē contradictiones, siue consuetæ, & certæ sunt per quidam & nonnullus & siquid est tale: ut nō omnis homo est iustus, uel non omnis equus est albus, quæ opponitur uniuersali, omnis homo est iustus, uel omnis equus est albus. Contradictoria ab Aristotele ἀνθρώπαι dicuntur. Sed cur hæ magis contradictiones quam contrariae ac subcontrariae: num ipsæ uerbo, ille facto inuicem aduersantur? simile quiddam in nomine subalternæ desidero de quibus restat dicendum.

De subalternis.

181 LAVREN. VAL. DIALECTI.
CAPVT XVII.

SVbalternus cum à sub (quod est subter) componatur, particulares quæ subsunt uniuersalibus, uidentur recte uocari subalternæ non autē uniuersales quæ non subsunt, ut omnis equus est albus, quidam equus est albus. Itē nullus equus est albus, quidam equus non est albus, quæ cum nihil inter se pugnant, non video, cur inter repugnantes numerentur, nisi quia in uero & falso significando discrepant. Etenim Boetius (ut modo ostendebamus) dicebat falsa particulari talem esse uniuersalem sed hoc non conuerti ut falsa uniuersali sit protinus talis & particularis. Secus esse de uero, quoniam uera particulari non protinus eius modi sit uniuersalis. Sed è contrario quia uera uniuersali particularis quoq; eiusmodi est, non satis quadrata mihi uidetur hæc formula, ut in falso dominetur particularis, uniuersalem suam faciens falsam, in uero dominetur uniuersalis, particularem suam faciens ueram: cum præsertim non ad datur an hæc particularis faciat uniuersalem omnino falsam an ex parte. Nam si fuerit particularis falsa: ut aliquis equus est alatus, facit falsam omnino uniuersalem quæ est omnis equus est alatus. Si uero singularis Bucephalus uel hic uel quidam equus est albus, facit ex parte uniuersalem, quæ est; omnis equus est albus. Verum non est causa in particulari singulariç, cur talis sit uniuersalis, sed in dictiū. Causa potius est in uniuersali, cur talis sit particularis singularis'que. Nam si fiunt usq; quæ aut uera aut falsa, efficit ueram falsamq; quælis ipsa est particulariem suam singularemq;. Sī
mixta

mixta ex uero & falso, dat particulari partem ueram quæ falsam dare non potest, quia non habet in sua potestate, sed uniuersalis inimica, qd' apud ipsam falsum est, id apud illam est uerum. Particulari inquam dat non singulari, quia cum incertum sit ubi ipsa uera sit, ubi falsa, non potest singulari quæ certa est imperare. Itaq; omnis equus est albus quæ semiuera est, facit ut aliquis equus sit albus non autem Bucephalus aut hic aut quidā equus sit albus. Item negatiuā nullus equus est alb^o, quæ & ipsa semiuera est, facit ut aliquis equus sit non albus, non tamen ne Bucephalus, aut ne hic, aut ne quidam equus sit albus: dixi aliquis equus sit non albus pro eo quod est aliquis equus non sit albus, quod feci ne uniuersalis potius quā particularis uidetur. Sed iam finem faciamus transeamusq; ad alteram quam faciunt quadrifariam oppositionem.

Non esse quadruplicem oppositionem.

CAPVT XVIII.

Nam unam uocant ad aliquid, ut duplū dimidio, pater filio. Quæ non video quid habeant oppositionis potius quā appositionis, amicus cū amico, frater fratri, coniunx coniugi, pater filio, cognatum quiddam potius habent quā contrapositum. Ita enim græce uocant ἀντίμενα. Alterā contraria siue aduersa ἐναντία ut bonū malū, hæc utique habet oppositionem longe differens à superiore, sed nihil à sequenti quæ est tertia quā uocat secundū priuationē & habitū καταστήσεις καὶ τέλη ut cæcū uideti, nā & malū ē priuatio boni, bonumq;

m + habū

Cæcitas.

Malus.

habitus, & cæcitas aduersa uisui, uisusq; cæcitati.
 Cæcum appello quicunq; caret uisu siue illum ha-
 buit siue non habuit, sicut malum eum qui uel nun-
 quam fuit bonus, uel ex bono factus est malus, &
 $\pi\varphi\alpha\sigma\gamma$ quartam quam Boetius Ciceronem repre-
 hendens, contradictoriam appellat, ille ideo aicn-
 tia, & negatiua appellauit, quia Aristoteles ait ea
 fieri per affirmationem & negationem, ut sedet nō
 sedet, bonus non bonus. Ego omnem negationem
 sentio esse priuationem quandam, & duas superio-
 res oppositiones frequenter ab hac nihil differre:
 nam ut in quibusdam oppositis est medium sicut
 libro primo ostendi, ut inter dormire & uigilare,
 inter bonum & malum, quasi commune amborū,
 ita in plerisq; non est. Quid enim differt literatus
 & non idiota, rursus idiota & non literatus, ebri-
 us & non sobrius, sobrius & non ebrius. Item in re-
 bus inanimatis sacer & nō prophaneus, prophaneus &
 non sacer, priuatus & non publicus, publicus &
 non priuatus.

Non esse enunciationes modales, & quo ten-
 dat omnis probatio & per quid.

CAPVT XIX.

HAec tenus de enunciatione, quā de inesse bar-
 bare quidem tamen sic uocant, quia græce
 sic dicitur ὑπάρχει alteram uocant modalē
 ubi aliquis sex modorum, ita enim nominant, nū-
 cupatur. Possibile contingens impossibile necessaria
 rum, uerum, falsum. Quæ partitio uidetur mihi
 redundare numero, & uerbis magis locuples esse
 quā rebus. Quid enim dicit necessarium & impossi-
 ble? aut quo in loco hoc uti possumus in quo uti il-
 lo non

Io non possumus adiecta dēptaq; negatiōe, uerbi causa, necesse est hoīem uulneratū cor hñtem, cito mori: & impossibile est hominem sic affectum nō cito mori. Item necesse est hominem talem diu uiuere: similiter in his quæ istis econtrario respondent, possibile & contingens. Nam si illa unum sunt quid ni, & hæc unum sunt: quod ex negationis appositione palam est. Si quidem non possibile idem est quod impossibile, & non contingens idem quod necessarium. Etenim possibile id dicimus, qd aliquando continget, quia nisi quid simile aliquando contigisset, nescio quo pacto possibile dicemus & contingens, quod potest non autem necesse est hodie aut cras contingere. Duæ postremæ suut uerum & falsum, ubi maior quā in superioribus error est quasi falsitas ad probationem faciat quæ uera utiq; debet esse. Quod si quis dicat falsum esse, fueritq; id falsum nimirum id quod dico uerū est. Quemadmodum èdiuerso, si quid dicam uerū esse quod nō sit, oratio mea falsa erit, ideoq; nihil probabit, quoniam è falso non sit probatio. Tres igitur ex his modis eligimus, possibile & impossibile uerum non reiſciens cæteros quibus sicuti op̄ erit utemur gratia aut commoditatis aut uenustatis. Nam necesse aptius aliquando uocabulum est, (utpote) simplex quā impossibile, & sine uoce falsum uix de uero loqui possumus. Amputauit numero senario, tanquam nimio dimidiam partem. Nunc contra conſyderanti mihi diligentius uidetur hic numerus esse, etiā iusto minor. Nam qd causæ est, cur his paucis dictionibus retentis, reiſciamus cæteras, quas in omni sermoe occupamus

Possible.
Cōtingens.

atq; usurpare oportet, siue utilitatem species siue dignitatem, qualia sunt, facile difficile, certum incertum, consuetum insuetum, utile inutile, iucundum iniucundum, decorum indecorum, & alia iusmodi? An non iniurium atq; crudele tot & tam nobilia uocabula quasi capit is damnare, aut certe in exilium mittere, ac totam pene deformare ciuitatem? Quid enim si dicam honestum est ciuem pugnare pro patria, nunquid sub aliquo illorum modorum haec erit enunciatio? minime. Vnum pro multis in re apertissima suffecerit exemplū. Quapropter ita sentio nihil esse enunciationem modalē, tantundemq; momenti quantum illa sex hñt, habere cætera quæ dixi nomina seu uerba: sed necessitatem ac possibilitem in conclusione esse sicut ueritatem in omnibus partibus argumentationis. Omnia enim sunt uera oportet siue dicat necesse est, siue possibile, siue facile, siue honestū, siue cætera omnia. Idem autem est hoc loco uerum qd certum, quia nihil attinet esse quid uerum nisi fuerit certum atq; confessum. Sed ueritas duarum priорum syllogismi argumentationisq; partium pro certa atq; confessa ponitur, in ultima autem, id est, in conclusiōe extorquetur, ideoq; necessitas inest, siue tanquam necessitas, ut ne ab eodem recedam exemplo. Honestum est quencunq; ciuem pugnare pro patria, hoc uerum certumq; est, quod omnes confitentur. Item minor confessa Cato est ciuis Romanus, tum cōclusio, ergo debet pugnare pro Roma quæ est ipsius patria. At quoties ratio nō plane uera planeq; certa sed semiuera & semicerta est, tum conclusio non est necessaria, sed seminecessaria

cessaria quæ cum multum habuerit virum uocabitur uerisimilis, siue creditibilis, hoc est, ualde possibilis: cum paulum uocabitur possibilis, id est, aliquantulum uerisimilis atq; credibilis, ut hoc exemplo, mater amat filium, hæc enunciatio non est plane uera, sed semiuera quia de omni matre non est certum, eoq; non apponimus signum uniuersale unaquæq; siue omnis. Sed quia non apponendo ram subintelligitur, quoniam indefinita uim habet fere semper uniuersalis, negariq; poterit eē uera apponemus signum non uniuersale, non particolare, non singulare quod igitur nempe semiuniuersale, nam cur non semiuniuersale sit signum, quod nullum illorum est, & proxime ad uniuersalem accedit. Quod autem hoc crit: quidni (pleraq;) sic, pleraq; mater amat filium. Iam hæc enunciatio facta est plane uera atq; certa: tum assumemus Clytemnestra est mater Orestis: hæc item uera est certaq;: tum conclusio non necessaria, sed uerisimilis siue creditibilis, ergo uerisimile, siue creditibile, siue ualde possibile est Clytemnestram amare Orestem, quando est conclusio solum possibilis siue aliquantum uerisimilis aliquantumq; credibilis hoc modo. Sæpe uel nonnunq; siue nonnullæ matres odio maritorum occiderunt filios, hæc uera ē, tum assumemus de Clytēnestra sic, Orestis mater odio Agamemnonem habet virum suum patrem que huius, concludemusq; non necessario, neque uerisimiliter, sed possibiliter, ergo possibile est fore ut occidat Orestem, siue aliquantulum uerisimile est, aliquantulumq; credibile. Atq; sicuti signa uniuersalia sunt in necessaria argumentatiōe omnis, quisq;

quisq; semper & alia quæ enumerauimus, ita in ea
quæ est uerisimilis, atque possibilis, pro uniuersa-
libus sunt plærūq; fere pro ferè, semper, sæpe, nō
nunquam, raro, siue consuetum rarum, frequens,
infrequens, & quæ sunt huiusmodi. Sed ut in sum-
mam omnia redigamus signorum tria faciemus ca-
pita: per totidem aduerbia, semper plæruntq; non-
nunquam. Nam nihil aliud est, omnis mater amat
filium, quā semper mater amat filium, ita in neces-
saria argumentatione pro signo erit semper cuius
contrarium est nūquam. Incredibili plæruntq; cui
loco negatiæ apponetur raro, impossibili non-
nunquam siue aliquando cui pro negatiua aduer-
sabitur rarissimè. Sed hæ duæ posteriorrs sunt int̄
se similiores & penè idem quia utraq; credibiliter
probat, ideoq; nō immerito maximi autores (quo-
rum sunt Cicero & Quintilianus) duas tantum p-
tes fecerunt siue species probationum ut aliæ sint
necessariæ, aliæ non repugnantes siue credibiles:
quarum prior ad logicos, utraq; ad oratores per-
tinet: illa caret comparatione hæc non caret. Nam
omne uerisimile est alio, aut maius aut minus. Ne-
cessarium non est aliud alio maius minus' ue ad le-
gem ueritatis, sed ad uulgarem forte consuetudi-
nem. Verum non nuncupabuntur comparatiuæ,
aut quæcunq; alia similia in conclusione nisi eadē
aut quæ uim parem habent nuncupentur in pro-
positione, sic frequentius mater amat filium, hæc
huius mater est ergo credibilius est eam diligere
hunc, uel rarius siue rarioꝝ mater odit filium quā
diligit. Clytemnestra mater est Orestis, ergo mi-
nus uerisimile est cā odiſſe Orestem quam dilige-
re.

re. Item impossibilis est hominem conuerti in asinum quam uolare. Apuleius dicitur in asinum suis se conuersus. Dædalus uolasse, haec duo uera sunt, tum sequitur tertia ueritas necessaria, hoc est, expressa & coacta, ergo impossibilis est, quod de Apuleio quam de Dædalo dicitur. Loquutus sum pro impossibile potius quam per necessarium, quod hoc erat illo commodius sicuti multis in locis usu uenit in quibus non possis uti necesse. Quale est, necesse est deum nosse uentura, necessario deus est, necesse est pluere dum pluit, & alia similia quod minime est uerum. Nam nihil aliud est necesse esse quod cogi & uiri fieri, necessitateque constringi quod impossibile est deo uel sentire uel dicere. Atqui pie ita loquimur impossibile est deum non esse, impossibile est deum non nosse uentura. Sed necesse est pluere quia pluit, & me loqui, quia loquor, & deum esse, quia est, & nosse uentura quia nouit, ista nulla ratio est, quae pro ratione assertur, alia res aliam probat, non una eademque se ipsam: & aliud est quod confirmat, aliud quod confirmatur, nec quicquam sibi ipsi causa est. Quod mihi uidetur ipsi quoque confiteri cum dicunt dum pluit possibiliter pluere, & dum quis loquitur possibiliter loqui, quia posset nec pluere nec loqui. Quod si ita est non ergo necessarium quod possibile est aliter habere. Quanquam ego non tam dixerim possibiliter pluere quia pluit, & hominem possibiliter loqui quia loquitur, quam econtrario ideo pluere quia possibile est pluere & hominem loqui, quia hoc homini possibile est. Dixi possibiliter, isti frequentius a iunct contingentem, quod uocabulum mihi uidetur esse rure sumptum potius quam ex urbe

Contingē
ter.

ex urbe ideoq; scabrum quiddam præ se ferre, hoc placet eisdem esse necessario oppositum, ut quicquid non necessario sit, id fiat contingenter. Et qd non contingenter, id fiat necessario, quod falsum est, nam ego nunc necq; necessario, necq; contingenter scribo sed uoluntario atq; iudicio: & deus hominem facit uoluntate & gratia non necessitate & contingenter. Sed ut ad propositum redeamus, & omnia quæ disputauimus breuiter complecta-
mur, probatio omnis fit per uera, quæ certa sunt, facitq; per hæc ipsa ueritas aliud quoddam uerum uideri certum, quod erat incertum idq; uel necessaria uel uerisimiliter. Est autem uerum incertum triplici uia quia ut maximis quibusdam autoribus placuit tripliciter dubitamus, aut an quidpiam fit, aut quid illud quidpiam: siue aliquid fit aut quale fit ipsum aliquid. In primo huiusmodi sunt questiones an atomorum concursu mundus fit effe-
ctus? an prouidentia regatur, an fit aliquando casurus? Item an parricidium commiserit Roscius, an regnum affectet Manlius, an recte Verrem fit accusaturus Q. Cæcilius? In secundo, huiusmodi quid fit deus, quid fit rhetorice an qui sacrum ē priuato sustulit, sacrilegus fit an fur, an coiens cum aliena uxore in lupanari adulter fit? In tertio, huiusmodi, an immortalis anima, an humana specie deus, quatenus deus, an unus mundus? & alia quæ à Quintiliano traduntur. Ex quibus omnis questio, siue iure, siue extra ius, siue in philosophia, siue extra philosophiam pendet, meliore distribu-
tione quam illa ueterum (ut uerbis Boetij utar) **omnis questio constat aut ex ratione differendi,**
aut

aut ex naturali, aut ex morali. Ex differendi ratio
ne hoc modo, an affirmatio & negatio species sint
enunciationis. Ex naturali, ita an cælum rotundū
sit. Ex morali sic an uirtus ad beatitudinem sola
sufficiat? Nam in morali de natura ingeniorum
quærimus. Et in rationali de natura uerborum ac
que orationib⁹, & in natura magis materia q̄ ge
nus quæstionum est. Præterea in singulis rationa
li, morali, naturali, & si qua sunt alia querere sole
mus an sit, quid sit, quale sit, ut propemodum ex
Quintiliani uerbis palam est.

Transitus ad locos argumentorum ex

Quintiliano sumptos.

CAPV T XX.

Credo iam expectari ut qualis esse syl
logismus debeat atq̄ omnis argumen
tatio differamus. Verum id fiet multo
commodius si prius quæ sint argumē
ta (unde conficiuntur argumentationes) cognosca
mus. De qua re cū nihil ego noui excogitare pos
sim, ero nimirū p̄ceptis Quintiliani contentus. Cui
uiro tantum tribuo, ut is unus sit cuius dictis aut
addere quid aut detrahere, aut ex his mutare uel
minimū nec alios posse arbitrer, & me id exper
tum s̄epe nihil tñ potuisse p̄sitear, parū dico. Quo
eius opera magis altiusq̄ uerso, hoc mihi admirā
tiōis hic autor, ac plus stuporis infundit, ut eo op̄
nionis iam uenerim persuasumq̄ mihi sit neminē
neq̄ ea ingenij ui, neq̄ ea eloquētia posse quicq̄ di
cere nisi deus aliq̄ (ut sic dicā) foret, qua Quintili
anus dixit. Et eū ita sublimit̄ de reb⁹ scripsisse ut p̄
cōpto habeā, nullā me illi⁹ uirtutē assequutur, me
inquam

inquam male de memetis po sentientem, quippe q nullū scriptorum (quos autores vocamus) ausim aliqua in parte corrigere . Quare eius ad literam præcepta huius rei subijciam⁹ necessario simul ac libenter tanquam Achillis armaturam nostro op̄ri induentes, non modo inuiolabilem uerum etiā speciosissimam. Sumpta autem hæc sunt ex quinto illius libro.

De probatione artificiali.

CAPVT XXI.

Pars altera probationum quæ est tota in arte constatq; rebus ad faciēdam fidem appositis, plerumq; aut omnino negligitur , aut leuissime attingitur ab his q argumenta uelut horrida & confragosa uitantes, amenioribus locis desident, neq; aliter quam hi qui tradunt à poetis gustu cuiusdā apud Lotophagos graminis, & Syrenum cātu deliniti uoluptatem saluti prætulisse, dū laudis falsam imāginem persequuntur , ipsa propter quam dicitur uictoria cedunt. At qui cætera quæ continno continuo magis orationis tractu decurrunt, in auxiliū atq; ornamentum argumentorum comparantur, neruisq; illis quibus causa continentur adiiciunt superinducti corporis speciem, ut si forte quid factum uel ira uel metu, uel cupiditate dicatur, latius quæ cuiusq; affectus natura sit prosequemur, Iisdem laudamus, incusamus, augemus, minuimus describimus, deterremus, querimur, consolamur, hortamur. Sed horum esse opera in rebus aut certis, aut de quibus rāquam certis loquimur , potest. Nec abnuerim esse aliquid in delectatione, multū uero

Uero in cōmouendis affectibus. Sed hæc ipsa plus ualent, cum se didicisse iudex putat, quod cōsequi nisi argumentatione aliaç omni fide rerum non possumus. Quorum prius quā partior species, indicandum reor, esse quædam in omni probationū genere communia. Nam nec ulla quæstio est, quæ non sit aut in re, aut in persona, nec esse argumentorum loci possunt, nisi quæ rebus aut personis accidunt, eaç aut per se inipici solēt, aut ad aliud referri, neç ulla confirmatio nisi aut ex antecedentibus aut ex consequentibus aut ex pugnantibus, & hæc necesse est, aut ex præterito tempore, aut ex coniuncto, aut ex sequenti petere, nec ulla res probari nisi ex alia potest, eaç sit oportet aut maior, aut par, aut minor. Argumenta uero reperiuntur aut in quæstionibus, quæ etiam separatè à complexu rerū personarumç spectari per se possunt, aut in ipsa causa cum inuenitur aliquid in ea, non ēcommuni ratione ductum, sed ciuij judicij de quo cognoscitur proprium. Probationum præterea omnium aliæ sunt necessariæ, aliæ credibiles, aliæ non repugnantes: adhuc omnium probationum quadruplex ratio est, ut uel quia est aliquid, & aliud sit, ut sol est super terram dies est: uel quia aliquid non est, aliud sit, ut nox non est, dies est: uel quia est aliquid, & aliud non sit, ut dies est, nox nō est, uel quia non est aliud nec aliud sit, non est rationalis, nec homo: his in uniuersum prædictis g̃tes subiçiam-

De signis.

CAP VT XXII.

n Omnis

Mnis igitur probatio artificialis constat aut signis, aut argumentis, aut exemplis, nec ignoro plerisque uideri signa partem argumentorum, quæ mihi separandi ratio hæc fuit, prima qd sunt penè ex illis in artificialibus. Cruenta enim uestis & clamor, liuor, & talia sunt instrumenta qlia sunt tabulæ, rumores, testes, nec inueniunt ab oratore sed ad cū cum ipsa causa deferuntur. Altera quod signa siue indubitata sint, non sunt argumenta, quia ubi illa sunt quæstio non est, argumen-to aut nisi in re controuersa, locus esse non potest, siue dubia non sunt argumenta, sed ipsis argumentis egent. Diuidunt autem in has primas duas species quod eorum alia sunt (ut dixi) necessaria, q aliter se habere nō possunt, quæ græci τεκμήρια uocat alia nō necessaria, quæ sunt, ἀλυτα σημεῖα quare pri ora mihi uix pertinere ad præcepta artis uident. Nam ubi est signum insolubile ibi ne lis quidem ē, id aut accedit cū quid aut necesse est fieri factū uel esse, aut certe oīno non pōt fieri uel esse factū, q in causis posito non est lis nisi factū. Hoc genus p omnia tempora perpendi solet. Nam & coisse eā cum uiro quæ peperit quod est præteriti, & fluctuē esse cum magna uis uēti in mare incubuit quod cōiuncti, & eum mori cuius cor est uulneratum qd futuri necesse ē, nec fieri potest ut ibi messis sit ubi satū non est, ut quis Romæ sit cum est Athenis, ut sit ferro uulneratus qui sine cicatrice est. Sed quædam & retrorsus idem ualent, ut uiuere hominē qui spirat, & spirare qui uiuit. Quædam in contrarium non recurrent, nec enim quia mouetur qui ingredi

ingreditur etiam ingredi qui mouet. Quare pot
coisse cum uiro quæ non peperit, & non esse uen
tus in mari cum esset fluctus, nec utique cor eius
uulneratum esse qui perit, ac similiter satum fu
isse potest ubi non fuit messis, nec fuisse Romæ
qui non fuit Athenis, nec fuisse ferro uulneratum,
qui habet cicatricem. Alia sunt signa non necessa
ria, quæ græci uocant, quæ etiam si ad tol
lendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen
adiuncta cæteris plurimum ualent. Signum uo
cant (ut dixi) σημεῖον quanquam id quidam indic
cium, quidam uestigium nominauerunt per quod
res intelligitur, ut per sanguinem cædes. At quæ
sanguis uel ex hostia respersisse uestem potest, aut
ex naribus profluxisse. Non utiq; qui uestem cru
entam habuerit homicidium fecerit. Sed ut per se
non sufficit ita alijs adiunctum testimonij loco di
citur, si inimicus, si ante minatus, si eodem loco fu
it, quibus signum cum accessit efficit, ut quæ suspe
cta erant, certa uideantur. Alioqui sunt quedam
signa utriq; parti communia, ut liuores, tumores,
nam uideri possunt, & ueneficij, & cruditatis, &
uulnus in pectore sua manu, & aliena perisse di
centibus in quo est: hæc perinde firma habentur
atq; extrinsecus adiuuantur, eorum autem quæ si
gna sunt quidem sed non necessaria genus Herma
goras putat nō esse uirginem Athalatam quia cū
iuuenibus per sylvas uaget. Quod si receperimus
uereor ne omnia quæ ex facto ducuntur signa fa
ciamus, eadem tamen ratione qua signa tractan
tur. Nec mihi uidentur Ariopagitæ cum damna
rūt puerum coturnicum oculos eruentem aliud

indicasse quām id signum esse perniciosissimæ mētis, multi s̄q; malo futuræ si adolecuisset. Vnde Sp. Melij, Marci Manlij popularitas signum affectati regni fuit existimatum. Sed uereor ne longe nimis nos ducat hæc uia. Nam si est signum adulteræ lauari cum uiris, erit & conuiuere cum adulescentibus, deinde etiam familiariter alicuius amicitia uti, aut fortasse corporis uulsum, fractum incesum uestem muliebrem dixerit mollis & parū uiri signa. Sicuti enim cū signum id proprie sit qd^e ex eo de quo quæritur natum sub oculos uenit in sanguis ē cæde, ita illa ex impudicitia fluere uidentur, ea quoq; quæ etiam plerūq; obseruata sunt uulgo: signa creduntur ut prognostica. Vento semper rubet aurea Phœbe, & cornix plena pluuiam uocat improba uoce, si causas ex qualitate cæli trahunt sane ita appellantur. Nam si uento rubet luna signum uenti est rubor, & si ut idem poeta colligit densatus & laxat^o aer facit, ut sit inde ille aurum concentus idem sentimus. Sunt autem signa etiam parua magnorum ut hæc ipsa cornix, nam maiora minorum esse nemo miratur.

De argumentis.

CAPVT XXIII.

Nunc de argumentis, hoc enim nomine complectimur omnia, quæ græci Enthymemata, Epicheremata, apodixis uocant, quanquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiā si uis eodem ferè tendit. Nam Enthymema quod nos commentum sane aut cōmentationem interpretamur, quia aliter non possumus græco melius uti

uti unum intellectum habet quo omnia mente cōcepta significat. Sed nunc non de eo loquimur. Alterū quod sñiam cū rōne. Tertiū qd certā quandā argumēti cōclusionē, uel ex cōsequentibus, uel ex pugnantibus quanquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui illud prius Epicherema dicant, plū resq; inuenias in illa opinione: ut id demum quo pugna constat Enthymema accipi uelint, & ideo illud Cornificius contrariū appellat, hunc alij rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismum vocauerunt, quia nec distinctis nec totidem partibus concluderetur, quod sanè non utiq; defuderatur ab oratore. Epicherema Valgius aggressiōnem uocat, Celsus autem iudicat nō nostram ad ministrationem, sed ipsam rem quam aggredimur id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiam si nouum uerbis explanatum, iam tamen mente conceptum Epicherema dici. Alijs uidetur non destinatam uel inchoatam sed perfectam orationem hoc nomen accipere, & ultimam speciem: ideoq; propria eius appellatio, & maximo in usu posita est qua significatur certa quædam sententiae comprehensio quæ ex tribus partibus constat. Quidam Epicherema rationē appellauerunt. Cicero melius ratiocinatiuum, quanquam & ille nō men hoc duxisse magis à syllogismo uidetur: Nā & statim syllogisticum ratiocinatiuum appellat exemplisq; utitur philosophorum: & quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema uicinitas potest uideri hoc nomine recte abusus. & tōdelegis est euidentis probatio ideoq; apud geometras γραμμικὴ ἀπόδειξις dicuntur, hanc ab epicheremate Cæci

Iius putat differre solo genere conclusionum & esse apodixim imperfectum epicherema eademq; causa qua dixim⁹ enthymema syllogismo distare. Nam & epicherema syllogismi pars est. Quidā in esse epicheremati apodixim putant & esse partem eius confirmantem, utrumq; autem quanq; diuersi autores eodem mō finiunt, ut sit oratio per ea que certa sunt, fidem dubijs faciens quae natura est omni um argumentorum. Neq; enim certa incertis declrantur, hæc omnia generaliter *wisis* appellant, quod & si propria interpretatione dicere fidē possumus. Apertius tñ *p̄bationē* interpretabimur, sed argumentū quoq; plura significat. Nam & fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumēta dicunt, & orōnum Cicerōis uelut thema ip̄e exponat Pedianus argumentū, inquit, tale est, & Cicero ip̄e ad Brutum ita scribit. Veriti fortasse ne nos Cato nem nostrum transferamus, illic mali quid, et si argumentū simile non erat. Quo apparet oēm ad scribēdum destinatam materiā ita appellari. Nec mirum cū iam inter opifices quoq; uulgatum sit. Vnde Verg. argumentum ingēs: uulgo quoq; pa-
lo numerosius opus dicit argumentosum. Sed nūc de eo dicendum argumento est, quod probatio-
nem, indicium, fidem, aggressionē eiusdem rei no-
mina facit, parum distincte (ut arbitror) Nam *p̄ba-*
tio & *fides* efficitur non tantum per hæc que
sunt rationis, sed etiam per inartificialia. Signum
autem quod ille indicium uocat ab argumentis iā
separaui, ergo cum sit argumentum ratio proba-
tionem præstans qua colligitur aliud per aliud,
etiam quæ quod est dubium, per id quod dubi-
um.

um non est confirmat, necesse est aliquid esse in causa quod probatione non egeat, alioquin nihil erit quod probemus nisi fuerit, quod aut sit uerū, aut uideatur, ex quo dubijs fides fiat pro certis autem habemus primum quæ sensibus percipiuntur, ut quæ uideamus audimus, qualia sunt signa, deinde ea in quæ communi opinione consensum est, deos esse præstandam pietatem, parentibus. Præterea quæ legibus causa sunt, quæ persuasione etiam si non omnium hominum eius tam en ciuitatis aut gentis in qua res agitur in mores recepta sunt, ut pleracq; in iure non legibus, sed moribus constant, si quid inter utrancq; partem conuenit si quid probatum est, deniq; cuicunq; aduersarius nō contradicit. Sic enim siet argumentum cum prouidentia mundus regatur administranda res publica sit, si liquebit mundum prouidentia regi. Debent etiam nota esse argumēta tractaturo, uis & natura omnium rerum, & quid quæque earum plerunque efficiat. Hinc enim sunt quæ icota dicuntur. Credibilium autem genera sunt tria unum firmissimum quia ferè accidit ut liberos à parentibus amari. Alterum uero propensius, eum qui recte ualeat in crastinum peruenturum, tertium tantum non repugnans in domo furtum factum ab eo qui domi fuit, ideoque Aristoteles in secundo de arte rhetorica libro diligentissime est exequutus, quid cuiq; rei, & quid cuique homini solet accidere, & quas res quosque homines quibus rebus aut hominibus uel conciliasset, uel alienasset ipsa natura, ut ciuitias quis sequatur, aut ambitum, aut superstitionem, quid boni probent,

189 LAVREN. VAL. DIALE.

quid mali petat, quid milites, quid rustici quoquo modo res uitari uel appeti soleat, uerum haec ex qui mitto, non enim lögum tantum, sed etiam impossibile aut potius infinitum est, præterea positū in communi omnium intellectu, si quis tamen desiderauerit à quo peteret ostendi. Omnia autē credibilia in quibus pars maxima consistit argumentationis ex huiusmodi fontibus fiunt, an credile sit à filio patrem occisum, incestum cum filia cōmisum, & contrā ueneficium in nouerca, adulterium in luxurioso. Illa quoq; an scel' palam factum, an falsum dixerit propter exiguum summam quia suos quisq; eorum uelut more, plerunq; tamē nō semper alioqui indubitata esset non argumenta. Excutiamus nunc argumentorum locos quamquam qnibusdam hi quoq; de quibus supra dixi uidentur. Locos appello non ut uulgo nunc intelliguntur, ut in luxuriam, & adulterium, & similia, sed sedes argumentorum in quibus latent, & ex quibus sunt petenda. Nam ut in terra non omni generantur omnia, nec aem aut feram reperias ubi que nasci, aut q mori soleat ignarus, & pisci quoq; genera alia planis gaudent, alia saxosis regionibus etiam littoribus, quae discreta sunt. Nec helopen nostro mari, aut scarum ducas, ita non omne argumentum undiq; uenit. Ideoq; non passim quaerendum est, multus alioqui error est, & exhausto labore, quod non ratione scrutabimur, non poterimus inuenire nisi casu, aut si scierimus ubi quiq; nascatur, cum ad locum uētum erit, facile quod in eo est peruidebimus. Imprimis igitur argumenta sive à persona deducenda sunt, cum sit (ut dixi) diuinatio ut.

sio ut omnia in hæc duo partiamur, res atq; perso-
nas, ut causa, tempus, locus, occasio, instrumentū,
modus, & cætera rerum sunt accidentia. Personis
autem non quicquid accidit exequendum, mihi ui-
detur ut plæriq; fecerunt. Sed unde argumenta su-
mī possunt, ea porro sunt genus. Nam similes parē-
tibus ac maioribus suis filij plærunq; creduntur, &
nonnunquam ad honeste turpiterq; uiuendum in-
de causæ fluunt. Natio, nā & gentibus proprij mo-
res sunt, nec idem in barbaro Romano, græco cre-
dibile uel probabile est. Patria quia similiter etiā
ciuitatum leges, instituta, opinones, habent diffe-
rentiam. Sexus ut larrocinium facilius in uiro, ue-
nescium in fœmina credas. Aetas quia aliud, alijs
annis magis conuenit. Educatio & disciplina, quo-
niā refert à quibus, à quo, & quo quisq; modo sit
institutus. Habitus corporis, ducitur enim frequē-
ter in argumentum species libidinis, robur petu-
lantiæ, his contraria in diuersum, fortuna nec em̄
idē credibile est in diuite ac paupere propinquis
amicis, clientibus, abundante, & his omnibus desti-
tuto. Conditionis etiā distantia est, nam clarus an
obscurus, magistratus an priuatus, pater an filius
ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus an ce-
lebs, parens liberorum an orbus. plurimum distat.
Animi natura etenim auaritia, iracundia, miseri-
cordia, seueritas, crudelitas, aliaq; his similia asse-
runt fidem frequenter, aut detrahunt, ut uictus lu-
xuriosus an frugi, an sordidus quæritur. Studia q-
que, nam rusticus, forensis negotiator, miles, na-
uigator, medicus, aliud atq; aliud efficiunt. In-
venendum etiam quid affectet, quiseq;, locuples ui-

deri an disertus, iustus an potens. Spectantur ante
acta dictaque, ex praeteritis enim aestimari solent
praesentia, his adiungunt quidam commotionem hanc
accipi uolunt temporarium animi motu, sicut ira
pauorem. Consilia autem & praesentis & praeteri
ti & futuri temporis quae mihi etiam si personis ac
cidunt referenda tamen ad eam partem argumento
rum uidentur quam ex causis ducimus. Sicut habitus
quidam animi quo tractatur amicus an inimicus,
ponunt in persona & nomen quod quidem ei acci
dere necesse est, sed in argumentum raro cadit nisi
cum aut ex causa datum est, ut sapiens magnus ple
nus, aut & ipsum alicuius cognitionis attulit cau
sam ut Lentulo coniurationis quod libris Sybilli
nis Aruspicumque responsis dominatio dari tribus
Cornelijs dicebatur, scilicet eum tertium esse credebat
post Syllam Cinnanque quia & ipse Cornelius erat.
Et illud extat apud Euripidem, frigidum sane quod
nomen Polynices ut argumentum mortis frater in
cessit. Locorum enim ex eo frequens materia qua
Cicero in Verrem non semel usus est, haec uero cir
ca personas sunt aut his similia, nec enim comple
cti omnia uel in hac parte, uel in ceteris possumus
contenti rationem plura quæsitoris ostendere.
Nunc ad res transeo in quibus maxime personis
sunt iuncta quae agimus, ideoque prima tractanda.
In omnibus porro quae fiunt, queritur, aut quare,
aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quae fa
cta sunt. Ducuntur igitur argumenta ex causis fa
ctorum, uel futurorum, quorum materiam quam
hylen alij, dynamin alij nominauerunt in duo gene
ra sed quaternas utriusque diuidunt species. Nam
fere

LIBER SECUNDVS.

202

fere uersatur ratio faciendi circa bonorum adepti
onem, incremetum, cōseruationem, usum aut ma-
lorum euitationem, liberationem, inminutionem,
conuersionem. Namq; & in liberando plurimū ua-
lent, sed has causas habent recta consilia, praua cō-
trā ex falsis opiniōibus ueniūt, nā est his initiū ex
his q̄ credunt bona aut mala, inde errores existūt
& pessimi affectus, in qbus sunt, ira, odiū, inuidia,
cupiditas, spes, ambitus, audacia, metus, & cetera
eiusdē generis. Accedunt aliquā fortuita, ebrietas,
ignorantia, q̄ interim ad ueniā ualent, interim ad
probationem criminū, ut si qs dū alij insidiait alium
dicit interemisse. Causæ porro non ad conuincen-
dū mō quod obiicitur sed ad defendendum quoq;
excuti solent, cum quis se recte fecisse, id est, hone-
sta causa cōtendit. Qua de re latius in tertio libro
dictū est: finitionis quoq; quæstiones ex causis in-
terim pendent, an tyrannicida q̄ tyrannū (à quo
deprehensus fuerat) in adulterio occidit, an sacri-
legus, q; ut hostes urbe expelleret arma templo af-
fixa detraxit. Ducuntur argumenta & ex loco, spe-
ctatur estī ad fidē probationis, mōtanus, an planus,
maritimus, an mediterraneus, cōitus an incultus,
frequens an desertus, propinquus an remotus, op-
portuus consilijs an aduersus, quā partē uidemus
uehementissime pro Milone tractasse Ciceronem,
& hæc quidē & similia ad conjecturam frequenti-
us pertinent. Sed interim ad ius quoque priuatus
an publicus, sacer an prophanus, noster an alien-
nus, ut in persona magistratus, pater, peregrinus,
hic enim quæstiones oriuntur: priuatam pecuni-
am sustulisti, uerum quia de templo non furtū sed
sacrile

Causæ,

Locus.

sacrilegium est, occidisti adulterum, quod lex permittit, sed quia in lupanari cedes est, iniuriam fecisti, sed quia magistratui maiestatis actio est, uel contra licuit, quia pater erā, quia magistratus sed circa facti controversiam argumēta præstant, circa iuris lites materiam quæstionum. Ad qualitatē quoq; frequenter pertinet locus, neq; enim ubique idē, aut licet aut decorum est, quinetiam in qua qc que ciuitate queratur interest moribus enim & le gibus distant, ad commendationem quoq; & inuidiam ualent. Nam Ajax apud Ouidium inquit: Ante rates agimus causam, & meū conferūt Vlys ses. Et Miloni inter cætera obiectū est, quod Clodius in monumentis ab eo maiorum suorū esset occisus. Ad suadendi quoq; momenta ualet sicut tempus cuius tractatum subiungam. Eius autem (ut alio loco iam dixi) duplex significatio est, genera liter enim & specialiter accipitur. Illud prius est nunc olim, tunc sub Alexandro, cum apud Ilion pugnatum est, deniq; præteritum, instans, futurū hoc sequens habet, & cōstituta discrimina, æstate hyc me, noctu, interdiu, & fortuita ī pestilentia in bello in conuiuio. Latinorum quidam satis significari putauerunt: si illud generale tempus, hoc speciale uocarent. Quorum utrorunq; ratio & in consilijs quidem, & in illo demonstratiuo genere uersatur, sed in iudicijs frequentissima est. Nam & iuris quæstiones facit, & qualitatem distinguit, & ad conjecturam plurimum confert, ut cū interim probations inexpugnabiles afferat, quales sunt si dicatur (ut supra posui) signator qui ante diem tabularum decessit, aut commisisse aliquid uel cum insans

fans esset, uel cum omnino natus non esset. Præter id qd oia ferè argumenta; aut ex his q affrē facta sunt aut ex cōiunctis rei aut ex consequentibus ducuntur. Ex antecedentibus morte minatus es noctu existi, proficiscentem antecessisti. Causæ quoq; factorum præteriti sunt temporis. Sed tempus subtilius quidam quām necesse erat diuiserunt, ut esset iuncti sonus, auditus est adhærentis, clamor sublatuus est, insequētis sunt illa latuisti profugisti, liuores, & tumores apparuerunt. Iisdem temporis gra-dibus defensor utetur ad detrahendam ei quod ob-iicitur fidem, in his omnis factorum dictorumq; ra-tio uersatur sed dupliciter. Nam fiunt quadam qa aliud postea futurum est, quædam quia aliud ante factum est. Ut cum obiicitur reo lenocinijs speciosæ marito, quod speciosam adulterij damnatam quā-dam emerit, aut parricidij res luxurioso quod di-xerit patrī non me amplius obiurgabis. Nam & il-le non qa emit leno est, sed qa leno erat emit, nec hic qa sic erat loquurus occidit, sed qa erat occisur-loquutus est. Casus aut qui & ipse p̄stat argumen-tis locum sine dubio est ex insequentibus sed qua-dam proprietate distinguitur, ut si dicam melior dux Scipio quām Annibal, uicit enim Annibalem, bonus gubernator nunquam fecit naufragium: bo-nus agricola magnos sustulit fructus. Et contra sumptuosus fuit patrimonii exhaustus turpiter ui-xit, ab omnibus inuisus est, intuendæ sunt præcipu-eq; in cōiecturis, & facultates. Credibilis est em̄ occisos à pluribus pauciores, à firmioribus imbe-cilliores à uigilantibus dormientes, à præparatis ihopinantes quorum contraria in diuersum ua-letit

283 LAVRENTII VAL. DIALE.

lent. Hæc & in deliberādo intuemur, & in iudicijs ad duas res solemus referre, an uoluerit quis, an potuerit: nam & uoluntatem spes facit, hinc illa apud Ciceronem coniectura, insidiatus est Clodius Miloni non Milo Clodio, ille cum seruis robustis hic cum mulierum comitatu, ille equis hic rœda, ille expeditus hic penula irretit^o. Facultati autem licet instrumentum coniungere, sunt enim in parte facultatis & copiæ, sed ex instrumento aliquando etiam signo nascuntur, ut spiculum in corpore inuentum, his adiicitur modus, quem proponunt, quo quæritur quem ad modum quid sit factum. Idq; tum ad qualitatem scriptumq; pertinet, ut si negemus adulterium, ueneno occidisse, quum ferro, sed uel oportuisset, licuisset occidere, tum ad coniecturas quoq; ut si dicam, bona mente factum ideoq; palam mala, idco ex insidijs noctu in solitudine. In rebus autem omnibus de quarum uia aut natura quæritur, quasq; circa complexum personarum cæterorumq; ex quibus fit causa per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectâda sunt, an sit, quid sit, quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum his omnibus communes, diuidi hæc tria genera nō possunt, ideoq; locis potius ut quisq; incurrit, subiicienda sunt. Ducuntur etiam argumenta ex finitione seu fine, nā utroque modo traditur. Eius duplex ratio, aut em̄ sim pliciter quæritur sit ne hoc uirtus, aut antecedente finitione, quid sit uirtus. Id aut uniuersum uerbis complectimur ut rhetorice est benedicendi sciendi & disponendi, & eloquendi cum firma memoria

LIBER SECUNDVS.

206

ria & cum dignitate actionis scientia. Præterea si
 nimus aut ui sicut superiora, aut etymologia ut
 assiduum ab asse dando & locupletem à locorum,
 pecuniosum à pecorū copia, finitioni subiecta ma-
 xime uidentur, genus, species, differēs, proprium,
 ex his omnibus argumenta ducūtur. Genus ad p-
 bandam speciem minimum ualeat, plurimum ad re-
 sellendam, itaq; non quia est arbor, platanus est,
 aut quod non est arbor, utique platanus non est:
 nec quod non est uirtus utiq; potest esse iustitia,
 itaq; à genere peruenientum est, ad ultimam spe-
 ciem, ut homo est animal, non est satis (id enim ge-
 nus est) mortale etiam si species est, cum alijs tamē
 communis finitio, rationale nihil supererit ad de-
 monstrandum quod uelis. Contrā species firmam
 probationem habet generis infirmam refutatio-
 nem. Nam quod iustitia est, utiq; uirtus est, quod
 non est iustitia potest esse uirtus, ut si est fortitu-
 do, constantia, continentia, nunquam itaq; tolle-
 tur à specie genus, nisi omnes species quæ generi
 subiecte sunt remoueantur hoc modo, quod nec
 immortale est nec mortale, animal non est: his ad
 iacent propria & differentia, proprijs confirmat
 finitio, differētibus soluitur. Proprium autem est, Proprijs.
 aut qd' soli accidit ut homini sermo, risus, aut qd'
 utiq; accidit, sed non soli ut igni calefacere & sunt
 eiusdem rei plura propria, ut ipsius ignis lucere ca-
 lere. Itaq; quodcunq; proprium deerit soluet fini-
 tionem non utiq; quodcunq; erit confirmabit. Sa-
 pissime aut̄ quid sit proprium cuiuscq; querit, ut si
 per etymologiam dicitur, tyrannicidæ proprium
 est tyrannum occidere, negemus: nō enim si tradi-
 tum

Cum eum sibi carnifex occiderit tyrannicida dicit,
 nec si imprudens uel inuitus. Quod autem propri
 um non erit differens erit, ut aliud est seruum esse,
 aliud seruire, qualis esse in addictis questio solet,
 qui seruus est, si manumittatur fit libertinus non
 idem addictus & plura de quibus alio loco. Illud
 quoq; differens uocant cum genere in speciem di
 ducto species ipsa discernitur. Animal genus mor
 tale, species terrenum uel bipes differens, nondū
 enim proprium est, sed iam differt à marino uel
 à quadrupede, quod non tam ad argumeutum per
 tinet quam ad diligentem finitionis comprehen
 sionem. Cicero genus & speciem quam eandē for
 mam uocat à finitione diducit, & his quæ ad ali
 quid sunt subiicit. Ut si is cui argentum omne lega
 tum est petat signatum quoq; utatur genere. At si
 quis cum legatum sit ei, quæ iure mater familias
 esset, neget deberi ea quæ in manum non conuene
 rit species, quoniam duæ sunt formæ matrimonio
 rum. Diuisione autem adiuuari finitionem docet,
 eamq; differre à partitione: quod hæc sit totius in
 partes, illa generis in formas, partes incertas esse
 ut quibus constet res publica, formas certas, ut q̄t
 sint species rerum publicarum (quas tres accepi
 mus) quæ populi, quæ paucorum, quæ unius poti
 state regerentur, & ille quidem non his exemplis
 uititur, quia scribēs ad Trebatium ē iure ducere ea
 maluit, ego apertiora posui, propria quoq; ad con
 iecturæ pertinet partem, ut proprium est boni re
 ste facere, iracundi uerbis excandescere. At contra
 quædam in quibusdam utique non sunt & ratio,
 quamvis ex diuerso eadem est. Diuiso & ad pro
 bandum

bandum simili uia valet, & ad refellendum probatio-
ni interim satis est unum habere hoc modo, ut
ciuis quis aut sit natus sit oportet, aut factus negā-
ti utruncq; tollendum est, nec natus, nec factus eit,
sit hoc & multiplex idque est argumentorum ge-
nus ex remotione, quo modo efficitur totum fal-
sum, modo id quod relinquitur uerum. Totum fal-
sum est, hoc modo, pecuniā credidisse te dicis, aut
habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inueni-
sti, aut ab aliquo subripuisti, si neq; domi habuisti
nec ab aliquo accepisti, & cætera non credidisti.
Reliquum sit uerum sic, hic seruus quem tibi uen-
dicas, aut uerna tuus est, aut emptus, aut donatus,
aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut
alienus. Deinde remotis foribus supererit alienus
periculosum & cum cura intuendum genus quia
si in proponendo unum quodlibet omiserimus, cū
risu quoq; tota res soluitur. Tutius quod Cicero p
Cæcinna facit cum interrogat si hæc actio non sit
quæ sit, simul enim remouentur omnia: uel cū duo
ponentur inter se contraria quorum tenuisse utrū
libet sufficit, quale Ciceronis est. Vnum quidem
certe nemo erit tam inimicus Cluentio Habito q
mihi non concedat, si constet illud corruptum esse
iudicii, aut ab Habito, aut ab Oppianico esse cor-
ruptum, si doceo nō ab Habito uinco ab Oppiani-
co, si ostendo ab Oppianico purgo Habitum. Fit
etiam etiam ex duobus quorum necessè est alteru-
rum uerum aligendi aduersario potestas, effici-
turq; ut utrum elegerit, noceat: ut elige utrum uo-
les, si sciuit se esse hæredem, amare magis patrem
debuit, si ignorauit non habuit quod speraret ex
o patris

patris morte, & in eadem, interrogare uolo quæ
 iuueni causa fuerit ut reliquerit gladium si nondū
 occiderat, iterum feriret. Si tā perfectum nephias
 intelligebat auferet iudiciū. Interim duo ita pro-
 ponuntur ut utrumlibet electum idem facit qua-
 le est philosophandum est, etiamsi nō est philoso-
 phādum: & illud uulgatum quo schema si intelli-
 gitur? quo si non intelligitur? & mentietur in tor-
 mentis, qui dolorem pati potest mentietur, qui
 non potest, ut sunt autem tria tempora, ita ordo
 rerum tribus momentis consertus est, habent em̄
 omnia initium incrementum, summam, ut iurgi-
 um, deinde cædes & strages. Est ergo hic argumē
 torum quoq; locus inuicem probantium. Nam ex
 initijs summa colligitur quale est, non possum p̄
 textam sperare cum exordium pullum uideam &
 contrā, non Dominationis cauſa Syllā arma sum-
 pfisse, argumentum est dictatura deposita, simili-
 ter ex incremento in utrāq; partē ducitur ratio
 rei, tum in coniectura, tum etiam in tractatu æq-
 tatis an ad initiū summa referenda sit, id est, an ei
 cædes imputanda sit à quo iurgium cœpit. Est ar-
 gumentorum locus ex similibus, si continentia uir-
 tus utiq; & abstinentia, si fidem debet tutor & p̄
 curator utiq; hoc est ex eo genere quod græci uo-
 cant ἐπαγωγή Cicero inductionē. Ex dissimilibus,
 non si lætit ia bonum uoluptas, non quod pupillo
 idem muleri, ex contrarijs frugalitas bonum luxu-
 ria enim malum, si malorū causa bellū est, erit emē
 datio pax, si ueniā meretur qui imprudens nocuit.
 nō meret præmium qui imprudens profuit. Ex re
 pugnantibus, qui est sapiens stultus non est. Ex cō-
 sequen-

sequentibus siue adiunctis, si est bonum iustitia est recte iudicandum. Si malum perfidia, non est fallendū. Idem retro nec sunt his similia, ideoq; huic loco subiecta, cum & ipsa naturaliter congruant quod quis non habuit, non perdit, quem quis amat, sciens non laedit, quem quis heredem suum esse voluit charum habuit, habet, habebit. Sed cum sint indubitatata uim habent penē signorum immutabilium. Sed hæc consequentia uoco acholata, est enim consequens sapientia bonitas, illa sequentia Epagomena, quæ postea facta sunt aut futura. Nec sum de omnibus anxius uocet quisque ut uoluerit, dum uis rerum ipsa manifesta sit appare atq; hoc temporis illud esse naturæ. Itaque non dubito hæc quoq; consequentia, quāmuis sex proribus dent argumentum ad ea quæ consequuntur. Quorum quidam duas species esse uoluerunt, actionis ut pro Oppio, quos educere in prouinciam inuitos non potuit, eos inuitos retinere qui potuit temporis in Verrem, si finem prætoris edicto afferunt Kalendæ Ianuariæ. Cur non initium quoque edicti nascatur à Kalendis Ianuariis? Quod utrumque exemplum tale est ut idem in diuersum si retro agas ualeat. Consequens est enim eos qui inuiti duci non potuerunt, inuitos non potuisse detineri. Illa quoque quæ ex rebus mutuam confirmationem præstantibus ducuntur, quæ proprij generis uideri quidam uolunt & uocant *in προλαλων* Cicero est rebus sub eadem ratione nenientibus, fortirer consequentibus iunxerim. Si portorium Rhodijs locare honestum est, & Hermocreonti conducere, & quod di-

scere honestum & docere. Vnde illa non hac ratio
ne dicta sed efficiens idem, Domitij Afri sententia
est pulchra, ego accusavi uos damnastis, est inuicē
consequens: & quod ex diuersis idem ostendit, ut
qui mundum nasci dicit per hoc & deficere signifi-
cat, quia deficit omne quod nascitur. Simillima est
his argumentatio qua colligi solēt ex his quae faci-
unt ea quae efficiuntur, aut contrā, qd genus à cau-
sis uocant: hæc interim necessario sūt, interim plæ-
runque sed non necessario, nam corpus in lumine
utiqz umbram facit, & umbra ubicunqz est, ibi cor-
pus esse ostendit. Alia sunt (ut dixi) non necessaria
uel utriqz, vel ex altera parte. Sol colorat non uti-
qz qui est coloratus à sole est. Iter puluerulentum
facit, sed non omne iter puluerem mouet, nec quis
quis est puluerulentus, ex itinere est. Quæ utique
fiunt, talia sunt: Si sapientia bonum uirum facit,
bonus uir est utiqz sapiens, ideoqz boni est recte fa-
cere, mali turpiter, & qui honeste faciūt boni, qui
turpiter mali recte iudicantur. At exercitatio plæ-
runqz robustum corpus facit, sed nō quisquis est ro-
bustus, exercitatus, nec quisquis exercitatus robu-
stus est. Nec quia fortitudo præstat, ne mortem ti-
meamus, quisquis mortem non timuerit uir fortis
erit existimandus, nec si capit is dolorem facit inu-
tilis hominibus sol est, & hæc ad hortatiuum ma-
xime genus pertinent. Virtus facit laudem, sequē-
da igitur: at uoluptas infamiam, fugienda igitur:
recte autem mouemur causas non utiqz ab ultimo
esse repetēdas ut Medea, utinam ne in nemore Pe-
lio quasi uero id eam fecerit miseram aut nocen-
tem quod illic ceciderit abiegnā ad terram trabes

& Philocteta, Pari si imperasses tibi ego nō essem miser. Quomodo peruenire quodlibet retro causas legentibus licet, his illud adiūcere ridiculū putarem ni eo Cicero uteretur, quod coniugatū uocant, ut eos qui rem iustam faciunt iuste facere, qd certe non eget probatione quod compascuum est compascere licere. Quidam hæc quæ ex causis uel ex efficientibus diximus alio nomine uocant ec-
basis, id est, exitus. Nam nec hic aliud tractatur q
quid ex quoq; eueniat. Apposita uel comparatiua dicūtur, quæ maiora ex minoribus minora ex ma-
ioribus, paria ex paribus probat. Confirmatur cō-
iectura ex maiore, si quis sacrilegium fecit faciet & furtum: ex minore, qui facile & palam mentit, peierabit: ex pari qui ob rem iudicandam pecunia accepit, idem ob dicendum falsum testimonium ac cipiet. Iuris confirmatio est huiusmodi ex maiore si adulterum occidere licet & ioris cädere: ex mi-
nore, si furē nocturnum occidere licet, quid latro-
nem? ex pari, quæ pœna aduersus interfectorē pa-
tris iusta est, eadem aduersus matris. Quorū omī-
um tractatus uersatur in syllogismis, illa magis fi-
nitionibus aut qualitatibus prosunt, si robur cor-
poris bonum non est minus sanitas. Si furtum sce-
lus, magis sacrilegium, si abstinentia uirtus & con-
tinentia. Si mundus prouidentia regitur, admini-
stranda est res publica: si domus ædificari sine ra-
tione non potest, quid agendum in naualium cura & armorum. Ac mihi sufficeret hoc genus, sed in species secatur. Nam ex pluribus ad unum, & ex uno ad plura, unde est (quod semel & sepius) & ex parte ad totum, ex genere ad speciem, ex eo quod

o , conti

continet ad id quod continetur, ut ex difficilioribus ad faciliora & ex longe positis ad propiora & ad omnia quæ contra hæc sunt, eadem ratione argumenta ducuntur: sunt enim & hæc maiora, & minora aut certe uim similem obtinent quæ si prosequamur, nullus erit ea recidendi modus. Infinita est em̄ rebus cōparatio, iucundiora grauiora magis necessaria honestiora utiliora. Sed mittamus plura ne in eam ipsam quam uito loquacitatem incidam. Exemplorum quoq; ad hæc infinitus est numerus sed paucissima attingam, ex maiore pro Cæcina qui exercitus armatos mouet, is aduocacione togator; non uidebit mouisse. Ex faciliore in Clodium Curionem ac uide an facile fieri tu potueris cū is factus non sit, cui tu concessisti. Ex difficile. Vide quæso Tubero ut q; de meo facto nō dubitē de Ligarij audeā confiteri, & ibi, an sperandi Ligario causa non sit, cū mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi. Ex minore pro Cæcina, ita 'ne scire armatos sat est, ut uim factam p̄bes, in manus eorum incidere nō est satis. Ergo ut breuiter contraham summam, ducunt argumenta à personis, causis, locis, tempore (cui tres partes dicimus, præsens coniunctum insequens) facultatibus (quibus instrumentum subiecimus) modo, id ē ut quicquid sit factum, finitione, genere, specie, differentibus, proprijs, remotione, diffione, initio, incrementis, summa, similibus, pugnantibus, consequentibus, efficientibus, effectis, euētis, iugatis, cōparatione, quæ in plures diducitur sp̄es. Illud adisciendum uidetur duci argumenta, non à confessis tantum, sed etiam à fictione, quam græci Cæthypo

Hypothesin uocant, & quidem ex omnibus hisde locis quibus superiora, quia totidem species esse possunt fictæ, quot ueræ. Nam fingere hoc loco, id est, proponere aliquid quod si uerum sit, aut soluat questionem aut adiuuet, deinde id de quo que ritur facere illi simile id quod facilius accipient iuuenes nōdum scholam egressi, primo familiarius magis q̄ usitatis exemplis ostēdam. Lex est qui parentes non aluerit uinciatur, nō alit quis & uincula nihilominus recusat utitur fictione similes si infans sit, si reipublicæ causa absit: & illa cōtra optionē fortium, si tyrannidē petat, si templorū euerſionem plurimumq; ea res uirium habet cōtra scriptum. Vtitur his Cicero pro Cæcinna, unde tu aut familia aut procurator tuus, si me uillicus tuus solus deieceris, si uero ne habeas quidem seruū præter eum qui me deiecerit, & alia in eodem libro plura, uerum eadem fictio ualet & ad qualitates. Si Catilina cum suo consilio nephendorum homīs q̄s secum eduxit hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murenam. Et ad amplificationem, si hoc tibi inter cœnā in illis immanibus poculis tuis accidisset, sic & si respublica uocē haberet. Has ferē sedes accepimus probationū in uniuersum quas nūc generatim tradere sat est, tum ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur, nec per singulas species exequi patitur natura rerum quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incommoda, ut & nimium dicent (nec tamen totum) unde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, oēm etiam quem ex ingenioso poterat habere conatū, uelut astrictis certis legū

uinculis perdiderunt, & magistrum respicientes naturam ducem sequi desierunt. Nam ut per se nō sufficit scire omnes probationes aut personis, aut à rebus peti, quia utrungq; in plura diuiditur: ita ex antecedentibus iunctis & in sequentibus trahenda esse argumenta qui acceperit protinus in hoc sit instructus, ut quid in quaç; causa dicendum sit ex his sciat præsertim cum plurimæ probationes in ipso causarum complexu reperiatur: ita ut sint cum alia lite nulla comunes, hæc quæ sunt, & potissimæ & minime obuiæ, quia communibus præceptis propria inueniēda sunt. Hoc genus argumentorū sane dicamus ex circumstantia qā
~~adversariis~~ dicere aliter non possumus: uel ex his quæ cuiuscq; causæ propria sunt, ut in illo adultero sacerdote qui lege qua unius seruandi potestatē habebat se ipse seruare uoluit. Propriū controuersiæ est dicere nō unū nocentē seruabis, quia te adultero dimisso adulteram occidere non licebit, hoc enim argumentum lex facit: quæ prohibet adulteram sine adultero occidi, & illa in qua lata lex est ut argentarij dimidium ex eo quod debebant soluerent creditum suum totum exigenter. Argentarius ab argentario solitum petit. Proprium ex materia argumentum est creditoris, idcirco adiectū esse in lege ut argentarius totum exigenteret. Aduersus enim alios non opus fuisse lege, cum omnes ppterquam ab argentarijs totum exigendi ius haberent. Cum multa autem nouantur in omni genere materiæ, tum præcipue in his quæstiōibus quæ scripto constant, quia uocum est in singulis ambiguitas frequēs, adhuc in coniunctis magis, & hæc ipsa.

ipsa plurimum legum aliorum' ue scriptorum uel congruentium uel uariantium uel repugnantium complexu uarentur, necesse est, cum res rei, aut ius iuri quasi signum est, non debui tibi pecuniam nunquam me appellasti usuram non accepisti, ul- tro à me mutuatus es. Lex est qui patri proditio- nis reo non affuerit exhaeres sit, negat, nisi pater absolutus sit. Quid signi? Lex altera, proditionis damnatus cum aduocato exulat, uix enim uidetur posse fieri, ut poena filio in eodem patre & si affuerit, & si non affuerit cōstituta sit. Cicero pro Clu- entio P. Popilium & Tyberium Guttam dicit nō iudicij corrupti, sed ambitus esse damnatos. Quid signi quod accusatores eorum qui erant & ipsi am- bitus damnati elege sint post hanc uictoriam resti- tuti, erat enim lex ut damnatus de ambitu si alter de simili criminе damnauerit restituatur. Nec mi- nus in hoc curæ debet adhiberi quid proponendū q̄ quomodo sit quod proposueris probandū, hic si nō inuentionis uis maior certe prior. Nam ut re- la superuacua sunt nescienti quid petat, sic argu- menta nisi præuideris cui rei adhibenda sint, hoc est quod comprehendendi arte non possit. Ideoq; cum plures eadem didicerint, generibus quidem argu- mentorum similibus utentur, aliis tamen alio plu- ra quibus utatur inueniet: sic exempli gratia pro- posita controuersia quæ minime communes cum alijs quaestiones habet: cum Thebas euertisset Ale- xander inuenit tabulas quibus centum talēta mu- tuuo Thessalis deditisse Thebanos continebatur, has quia erat usus commilitio Thessalorū, donauit eis ultro. Postea restituti à Cassandro Thebani repos-

scūt Thessalos, apud Amphycionas agitur. Cen-
tum talenta & credidisse eos constat & non rece-
pisse, iis omnis ex eo quod Alexander ea Thessalis
donasse dicitur pendet. Constat illud quoq; non ei-
se his ab Alexādro pecuniam datam. Quæritur er-
go an perinde sit quod datū est acsi pecuniam de-
derit qd proderunt argumentor; loci nisi hæc pri-
us uidero nihil cū egisse donādo, non potuisse do-
nare non donasse, & prima quidē actio facilis &
fauorabilis repeatentium iure quod ui sit ablatum.
Sed hinc aspera & uehemēs quæstio exoritur de iu-
re belli dicentibus Thessalis, hoc regna populos fi-
nes gentium ac urbium contineri. Inueniendū cō-
trā est quo distet hæc causa à cæteris quæ potesta-
tem uictoris uenirent, nec circa probationem res
hæret sed circa propositionem. Dicamus primum
in eo quod in iudiciū deduci potest, nil ualere ius
belli, nec armis erepta nisi armis posse retineri ita
ubi illa ualeant non esse iudicem, ubi iudex sit, illa
nil ualere, hoc inueniendum est ut adhiberi pos-
sit argumentum, ideo captiuos si in patriam suam
redierint liberos esse, quia bello parta, non nisi ea
dem ui possideantur, proprium & illud causæ qd
Amphyctiones iudicant, ut alia apud centum ui-
ros, alia apud priuatū iudicem in eisdē q̄stionib⁹
sit ratio. Secundo gradu non potuisse donari à ui-
ctore ius, qui id demum sit eius qnod teneat. Ius
quod sit incorporale apprehendi manu nō posse,
hoc reperire difficultius quam cum inuenieris argu-
mentis adiuuare, ut alia sit conditio hæredis, alia
uictoris quia ad illum ius, ad hunc res transeat p-
riū deīn materię, ius publici crediti transire ad
uictorē

uictorem non potuisse quia quod populus crediderit omnibus debeatur, & qđiu quilibet unus superuerit, esse eū totius summae creditorē, Thebanos autem non omnes in Alexandri manu fuisse hoc non extrinsecus probatur quæ uis est argumēti sed ipsum per se ualet. Tertij loci pars prior magis vulgaris non in tabulis esse ius itaq; multis argumentis defendi potest. Mens quoq; Alexandri duci debet in dubiū, honorarit eos an deceperit. Ilud iam rursus materiae proprium & uelut nouæ controversiæ quod restitutione recepisse ius etiā si quod amiserint Thebani uidentur hinc & quid Cassander uelit queritur. Sed uel potentissima apud Amphyctionas æqui tractatio est, hæc non idcirco dico quod inutilē horum lectorum ex q; bus argumenta ducuntur cognitionem putem ali oquin nec tradidissem. Sed ne si qui cognouerint ista si cætera negligant perfectos se protinus atq; consummatos putent, & nisi in cæteris quæ mox percipienda sunt elaborauerint mutam quandam scientiam consequutos intelligent. Nec enim artibus editis factum est ut argumenta inueniremus sed dicta sunt omnia antequam præciperen̄, mox ita scriptores obseruata & collecta ediderunt, cui rei probatio est quod exemplis eorū ueteribus utuntur & ab oratoribus ea repetūr, ipsi enim nullum nouum quod dictum non sit inueniunt. Artifices ergo illi qui dixerunt. Sed habenda his quoq; gratia est, per quos labor nobis detractus est. Nā quæ priores beneficio ingenij singula inuenerunt, nobis & non sunt requirenda & nota omnia, sed non magis hoc sat est quam palestram didicisse nisi cor

si corpus exercitatione, continentia, cibis ante oīa
natura iuuetur. Sicut contrā, ne illa quidem satis
fine arte profuerint. Illud quoq; studiosi eloquen-
tiæ cogitent, neq; omnibus in causis ea quæ demā
strauimus cuncta posse reperiiri: neq; cum propo-
fita fuerit materia dicendi, scrutāda singula & ue-
lut hostiatim pulsanda, ut sciant ad probandum id
quod intendimus, forte respondeant nisi cum dis-
cunt & adhuc usu carent. Infinitā enim faciat ipsa
res dicendi tarditatem, si semper sit necesse ut ten-
tantes unumquodq; eorum quid sit aptum atq; cō-
ueniens experiendo noscamus, nescio an etiā im-
pedimento futura sint, nisi & animi quedam inge-
nita natura & studio exercitata uelocitas recta
nos ad ea quæ conueniunt causæ ferant. Nam ut
cantus uocis plurimum iuuat sociata neruorū cō-
cordia, si tamen tardior manus nisi inspectis dimē-
sisq; singulis (quibus quecq; uox fidibus iungenda
sit) dubitet potius fuerit esse contentum, eo quod
simplex natura canendum tulerit. Ita huiusmodi
præceptis debet quidem apta esse & cytharæ mo-
do intenta ratio doctrinæ. Sed hoc exercitatione
multa consequendum. Ut quemadmodum illorū
artificium etiam si alio spectent, manus ipsa con-
suetudine ad graues, acutos mediosq; horum so-
nos fertur: sic oratores cogitationem nihil more-
tur hæc uarietas argumentorū & copia, quasi offe-
rat se & occurrat, & ut literæ syllabæq; scribenti-
um cogitationem non exigunt sic rationes spon-
te quadam sequantur.

LAV*

LAVRENTII VALLAE DIA 320
LECTICARVM DISPU-
TATIONVM LIBER
TER TIVS.

PRAEFATIO.

SATIS SVPER QVE MIHI VI-
deor studiosis nostri operis (si qui erunt)
præstitisse, cum in alijs quibusdam tum ue-
ro in hoc quod eos à laquidis vindico capti
onibusq; sophistarum. Qui noua quædam
uocabula ad perniciem aduersariorum confinxer-
unt, relicta ueterum consuetudine loquendi, non
alia malignitate quam illi qui in prælijs spicula ue-
neno tingunt, aut forte etiam maiore. Non enim
hostes inter nos sumus cum disputamus, ut illi cū
pugnant, sed sub eodem imperatore, quæ est ueritas
militamus utrigq;. Itaq; quisquis uerum loquèti
contradicit is à suo imperatore deficit, & ad ho-
stes transfit, relinquens sapientiæ castra & ad spi-
neta ignorantia se conferens, ut quantum in ipso
est lumen tenebræ occupent & malitia uirtutem
de possessione deïsciat, & mors enecet uitam, hanc
pœnam ante omnia facti sui luens, quod lucrum
suū hoc ipso quod ignorat amittit. Qui em̄ dispu-
tando ratione uincitur, is quia discit lucrum facit.
Sed hoc lucræ aiorum pueritate non animauertimus,
nec ueritatis (cuiº auspicia nos seq dicimus)
gloriam, sed nostram ipsorum optamus, quasi illa
sit gloria nisi uero parta. Ergo uincere non possu-
mus

mus nisi ueritas uincat. Proinde nolint post hac dī
ialectici illi atq; philosophantes in suorum quorū
dam uocabulorum inscitia perseuerare, sed ad na
turalem & à doctis tritum sermonem se conuertere
re, cum præsertim nihil sint (si aliter faciant) pro
fecturi, patefacta per me plurimorum uerborum
in quibus maxime errabatur ueritate, ut deinceps
etiam patefiet, hoc tamen an facere uelint ipsi ui
derint. Certe qui illius sectæ non sunt per me ar
ma habent, quibus ueritatis hostes ac potius per
fugas non modo à castris sapientiæ arcere sed etiā
omnibus finibus exterminare, capere, in uincula
coniçere queant: nam in itinere eos qui uicti sunt
non nostrum sed illorum est qui quos uincere ne
queunt interemptos malunt quā captos, nunc ad
orationem syllogisticam transeamus.

Vnde dicat dialectica logicaq; & quid syllo
gismus, ex quibus constet. Quid item
sit propitio.

CAPUT PRIMUM.

Quæ hactenus tradidimus ea ferè sunt
dialecticis coia cum cæteris omnibus,
quæ uero sequent hæc fibi tanq; peculi
aria dialectici siue logici uendicant.
Ideoq; hoc potissimum loco explicemus
unde dicatur & quid sit dialectica ac logica quorū
utrumq; à λέγω quod est dico, ortum est, sed diale
ctica antiquius uocabulum. Quam gdam definie
runt scientiam sermocinatēm qua, definitiōe nos
(ne scrupulosius inquiramus) contēti sumus, omis
so publico propè errore dicentium eam dici à dia
quod est duo & logos qd est sermo, quod si duorū
sermo

Termo, uel à lexis quod est ratio, ut sit duorum ratio: quod adeo stultum dictu est, ut etiam hanc absurditatem reprehendere pugeat. Qualis illa quorundam recentum, Metaphysica dici à meta quod est trans, & physis quod est scientia, ut ea sit scientia scientiarum, quasi non satis fuerit dialecticam ea laude efficere, ut appelletur ars artium, ac scientia scientiarum. Et metaphysica non sint quatuor saltem dictiones, hoc est, quae sunt naturalia τὰ μεταφυσικὰ Logica uidetur uocabulum ab Aristotele impositum, & si à dicēdo dictum est, tamē pro rationali frequētius usurpatur, eoq; ut ipsam breuiter & usitato modo definiamus potest dici rationalis scientia. Ratio definitur probabile Ratio, inuentum à quibusdam nimium dure & asperc, ut sit medium inferens conclusionem, id quale fit posterius liquebit, eadem penē est Ciceronis definitio argumenti in partitionibus dicentis. Argumentum est probabile inuentum ad faciendam fidem. Alibi ipsum argumentum eisdem quibus postea Boetius uerbis Aristotelem sequens, definit. Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ faciat fidem. Ex quo apparet argumentum in re dubia locum habere. Rationem ubiq; alioqui nihil intererunt ratio & argumentum. Et qualis quidem logica siue dialectica sit in argumento, uideamus. Nunc qualis sit in argumentatione, uideamus. Argumentationem definiunt argumenti eloquitionem quam proprie dicunt esse syllogismum, & epicherema quorum hic necessario, illud autem uerisimiliter concludit de quo suo loco posterius. Syllogismum Aristoteles sic definit, ut sit oratio in qua positis aliis

Argumentatio.

Syllogis-
mus.

Proposi-
tio.

tis aliquibus necesse est aliud euenire per ea quæ posita sunt: in hac definitione non sit mentio partium syllogismi. Ego saltem ut ab enthymemate de quo posterius ubi etiam de inductione disserimus, dixisse, differat. syllogismus est necessariæ probationis siue necessarij argumenti per tres, p̄tes elocutio, quæ sunt propositio, assumptio, conclusio: ut omnis homo est animal, hoc est homo, ergo animal. Propositionem fere sic definiunt: Propositio est oīo uerum fallsumq; significās. Melior illa propositio est oīo aliqd eē uel nō eē significans. Sed hæc definitio enunciationis p̄pria est, de qua p̄ximo libro diximus, illa superior: aut hoc idē indicare uult, aut illud quod absurdum est. Propositio est oīo uera uel falsa, cum debeat utiq; uera esse propositio quæ tendit ad ueritatem. Optime igitur Quintilianus inquit mihi autem uidetur propositio omnis cōfirmationis initium. Quare nos de syllogistica propositione loquentes, dicamus. Propositio est syllogismi initium, uel prima enunciatio syllogismi. Est enim enunciatio genus ad p̄positionem, assumptionem, cōclusionem. Quo magis miror, cur primas syllogismi partes appellēt maiorem & minorem, propositionem, quidā etiā & tertiam. Nam Boetius non sine ueterum auctoriitate inquit. Conclusio est argumentis approbata propositio. Qui enim fieri potest ut conclusio quæ est (ut sic dicam) cauda syllogismi quæ græce dicitur πρόσος, fortassis trāsferēda potius p̄positio, quā propositio, cum ab eadem p̄positione compōitur à qua πρόθεσις, id est p̄positio. Præterea cur argumentis dicat, non uideo. Argumēti enim elo singu

tutio syllogismus est, non argumentorum. Et in singulis syllogismis singula sunt argumenta, non plura. Et conclusio quidem certum utiq; locum habet, duarum uero priorum partium utra debeat uocari propositio, hoc est utra prior debeat esse, utra posterior dispiciendum est: dum prius aliqd de ipsarum trium partium natura differuerimus.

De ordine partium syllogismi.

C A P V T I I .

VT tria syllogismi mēbra sunt, ita tres in eo diuersae res, duæ quidē pro materia, tertia autem pro adiumento, una quæ probat, altera q̄ probat. Ultima inquam probatio descendit pro materia. Primæ duæ eo modo sunt, quæ in faciendo pane (ut hac cōparatione utar) farina & aqua. Ex quibus solis panis fit, sed nō sine ministerio manus, quæ farinam aqua dilutam subigat, & duo diuersa conuertat in unum corpus. Hæc tāquam manus conclusio est, quæ duas superiores enunciaciones commiscet & in unum redigit. Maior probat ut omnis homo, siue unusquisq; homo est animal: minor probatur, hoc est homo, id est, aliquid siue unus ex quibusq; hominibus. Quo descendit probatio, nempe in hoc ergo hoc est animal. Nisi malum dicere duas priores esse tanquam parētes, tertiam esse illorum prolem. Sed horum parentū uter pater, utra mater, id est, uter procedere debet? Inquiet Peripatetici, eā quæ dicitur maior esse patrem, & proinde debere procedere. Ego nescio an potius maior sit dicenda mater, quæ quodammodo cōceptam in utero habet & deinde pa-

rit, sed omissis imaginibus quæ solent esse fallaces
quid causæ est cur nō possumus sic facere syllogis-
mum, Socrates est homo, omnis autem homo est
animal, ergo Socrates est animal quasi quibusdam
gradibus ascendentes Socrates individuum, homo,
species, animal, genus: ut si dicamus Ascanius ortū
ducit ab Anchisa, potius, quam Aeneas ortum du-
cit ab Anchisa. Ascanius autem ab Aenea ergo du-
cit ortū ab Anchisa. Neq; uero opinor hunc colla-
gendi modum illos aut uon uidisse, qui ultro of-
fert se oculis aut nō probasse, quem nulla ratio im-
probat, sed natura atq; usus comprobauit. At eñ
alter est consuetior. Vos cum fecistis consuetiore,
non natura. Sed esto quailem uultis à quo nullus
sit perfectior. Num protinus hic imperfectus est
& malus. An non nisi una uia est recte loquendi?
cum non sit una scribēdi, nisi uolumus nostra ipso
rum tantum modo probare. Improbent græci lati-
niq; & Dalmatae & si qui alij sunt, è sinistro scribē-
tes in dextrū. Eos qui secus faciunt Hebræos, Pe-
nos, Aegyptios, Syros, & quicunq; sunt alij aut il-
li inuicem hos improbent. Nonne si hoc faciunt
ipsam dicendi sunt improbatuiri naturam, quæ no-
bis tantam suppeditauit facultatem neq; id scriben-
do tantum sed omnibus penè in rebus. An non in
saltādo quasdam choreas in dextrum quasdam in
sinistrum agimus? Quid non quædam nationes sa-
gittam arcui à sinistra manu ut nos? quidam à
dextra ut plæriq; Asiani imponunt: & dextrā quæ
sagittam tenet aliter hi, aliter illi complicant, qui
dam utroque modo dirigere sagittas edocti sunt.
Quid non terebellum apud quosdam populos in
sinistrū

Sinistrum uersatur apud quosdā in dextrum? ego fabros nonnullos uidi utru nq; terebelli genus in usu habentes, & in dolandis poliendis'ue tabulis instrumētū, illud dolandi poliendi'ue ut nunc extrotsum nunc introrsum conuersum trahere. Quid in carne super mensam incidenda? nōne cul tellus ab Italīs ultro, ab Hispanis citro ducitur, & item à sutoribus atque alijs quibusdam fit in coriis alutisq; incidendis. Iam uero infantium cunas aliæ nutrices in rectum, aliæ in obliquum agitant, & nos bombacinam tunicam nunc à iugilo ad uen trem, nunc à uentre ad iugulum inuestimus. Ita ab argumentando nihil interest ab hac, an ab illa parte incipias, & an horsum an illorsum tendas. An hoc non multi fecerunt ut apud Senecam omne peccatum est actio omnis actio uoluntaria, ergo omne peccatum est uoluntarium. Quid quod aliquando fas est tertio modo argumentari, ueluti si quis deorsum uersum scribat, ut nonnunquam in lapidibus uidem⁹ factum & ipsi in librorum marginibus facimus. Sit hoc exemplū peregrine ascendiſti murum, capite puniendus es. Lex enim est, ut peregrinus qui murum ascenderit capite puniatur. Sed hos duos posteriores modos, ne dialecticos nimii onerare uideamus, rhetorice relinquamus. Secundum modum nisi admittant dialectici caueant, ne dicam ideo eos nolle admittere quia non ita est ad captiunculas oportunus, etenim ut de infinitis exemplis unum ponam. Interroga bis me. Quid amisiſti habes'ne? non habeo dicam. Quid quod non amisiſti? Ideo uero dicam habeo, ibi tu, regnum Persidis non amisiſti, ha-

bes igitur. At si ita incepisses regnum Persidis non amisisti, non fuisset fallaciae locus. Ne quis tamen in hoc genere syllogismi affectatorem me & ambitionis putet nihil de eo præcipiam, tantum significasse contentus, nobis licere illo uti qui à Peripatetico nihil differt nisi primarum partium ordine: atq; ita apud M. Tullium argumentatio quæ traditur in secundo libro artis ad Herennium scripta, differt ab ea quæ traditur in secundo rhetororum, & si ipse uoluit esse quinq; partitā deq; hac re contra dissentientes disputat. Quod Quintilianus confutat, probans esse ut ueteres quoq; uoluere tripartitam. In quo quod est subiectum majoris, id erit prædicatum minoris, ipsa autem, subiectum minoris & prædicatum majoris eundem locum in cōclusione obtinebunt, quemadmodum superiori constat exēplo unusquisq; homo est animal, Socrates est homo ergo Socrates est animal, cuius syllogismi cognoscendi tanta facilitas est, ut uix de uno componendo debuerit ars tradi, siue quod traditum est ars uocari. Unusquisq; enim homo idem est, quod unusquisq; hominum. Itē Socrates est homo idem est quod Socrates unus est ē quibusq; hominibus. Nonne cū feci hunc unū ex uniuersis hoībus, hoc etiam feci cū uniuersis, aīal esse? qd ergo: qfi per se non cōstaret nec aperte, p̄ batū esse hunc eiusdē naturae esse cuius sunt cæteri tanq; fratres, tantopere fuit referenda conclusio, ideoq; raro qui naturaliter loquuntur ueluti oratores syllogismo utuntur, cuius facilitas non modo cognoscendi, sed etiam componendi tanta est, ut etiam in pueris inter se colloquentibus eum deprehendant.

prehendamus, sed plerumq; omissa conclusioē. De ueris loquor syllogismis nam eorum maior pars contra naturam atq; omnium usum traditur, de q- bus iam præcepta & aliorum referamus & nostra tradamus duabus omnino figuris contenti. Quoniam tertiam penitus repudiamus, ut suo loco monstrabimus.

De quatuor modis primæ figuræ.

CAPVT III.



Rima syllogismi forma, quam recentiores in ponendis nominibus delectati, barbara vocant: Sicut & græci post Aristotelem suis nominibus vocauerunt, constat ē duab^o enunciationibus, una maiori, altera minori, utraque uniuersali, utraq; affirmatiua, conclusione affirmatiua, minorem uniuersitatem colligente, ut omne pecus est quadrupes, omnis caballus est pecus, ergo omnis caballus est quadrupes, eandē uim habet hoc signum uniuersale in singulari numero quam in plurali. Nihil em differt an dicamus oīs homo an omnes homines, nisi quod in plurali solet accipi pro uniuersis siue pro cūctis quod in singulari non sit, sed pro unoquoq; siue pro singulis. Ideoc; nonnulli talibus syllogismis cauillantur sic colligentes, omnes sapientes fuerunt septem, Cleobolus & Periander fuerunt sapientes ergo fuerunt septem. Assumptio enim falsa est quæ perinde est, ac si diceretur fuerunt quidam sapientes. At quidam dici nequit nisi cum omnis significat unumquę, & omnes significat singulos, non cū significat

ficit uniuersos uel cunctos ut in illo , omne pecus
est quadrupes, omnis caballus est pecus, ergo qua-
drupes nempe aliqua quadrupes & aliquod pecus . Secunda forma est quam uocant , darij quæ cō-
stat ex utraq; affirmatiua maiori uniuersali, mino-
ri particulari, conclusione affirmatiua, particula-
re colligente, ut omnis caballus est pecus , Buce-
phalus est caballus ergo pecus . Et hæ quidem af-
firmatiue, totidem ē diuerso negatiuæ, quarum pri-
or constat ē duabus enunciationibus uniuersali-
bus, maiori negatiua, minori affirmatiua conclusi-
one negatiua minorem uniuersalem colligēte , ut
nullum pecus est bipes, omnis caballus est pecus,
ergo nullus caballus est bipes . Altera quæ eadem
quarta est, constat ē duabus enunciationibus ma-
iori quidem uniuersali & negatiua, minori autem
particulari & affirmatiua, conclusione uero parti-
culari negatiuam colligente, ut nullum pecus est
bipes, bucephalus est pecus, ergo bucephalus non
est bipes: illam superiorem uocant cælarent hanc
inferiorem ferio . Quatuor enim uocales hanc uim
hoc loco adipiscuntur ut a & e significant uniuer-
saliter, i & o particulariter , a & i affirmatiue, e &
o negatiue . Trium terminorum qui sunt in syllo-
gismo, singuli geminantur, ut caballus pecus qua-
drupes . Et singuli à certa prohibentur sede, unus à
maiore qui est minimus, ut caballus, unus à mino-
re qui est maximus, ut quadrupes, unus à conclusi-
one qui est medius, ut pecus . Verum non quemad
modum totus syllogismus est affirmatiuus , ita &
negatiuus dumtaxat cathegoricus: quanquam pos-
sit hic ciusmodi uideri , ut omnis nesciens deum
nescit

nescit uitutem, Socrates nescit deum, ergo nescit uitutem, ubi male assumptum per nescit cum de-beret assumi per nesciens, Socrates est nesciens de um, quod iam affirmatiuum est, quia nunc non ne gatur uerbum. Secus autem si incipiamus à uerbo sic, qui nescit deum nescit uitutem. Socrates nescit deum ergo nescit uitutem. Qui syllogismus totus negatiuus est, sed hypotheticus, de quo suo loco dicemus.

Dum signum applicatur prædicato, dumque
abest à toto syllgismo signum.

CAPVT. IIII.

Hactenus loquuti sumus cum signū uniuersale applicatur subiecto, qdem nū ap-plicat prædicato: certe pari rōne quæ exēpla breuiter subnectam. Tu amas omnes tuos ciues, hi autem sunt ciues tui, ergo tu amas hos omnes, hoc uniuersaliter. Par-ticulariter uero, si assumas hic est ciuis tuus, cōclu-dasque ergo tu amas hunc. Siue diuerso exemplo deus est ubique, id est, in omni loco, tartarus est lo-cus, ergo deus est in tartaro, hoc affirmatiue. Ne-gatiue sic, tu nullum ciuem tuum siue nullos ciues tuos amas, hi omnes sunt ciues tui, ergo nemine, uel nullum horum amas, uel ergo hos omnes non amas. Itē in nullo loco scelerato est deus, tartarus talis est, ergo nō est in eo deus. Exempla quæ attu-li per signa uniuersalia, si tollamus signa, eandem uim habebunt redacta ad indefinita, ut superiore libro probauit, ut deus non est in loco scelerato siue in locis sceleratis, subauditur enim ullo siue ul-lis. Tu nō amas ciues tuos subintelligitur omnes,

231 LAVREN. VALLAE DIALE.
idem fit in superioribus exēplis ac cæteris oībus.

De syllogismo usquequaque parti-
culari siue singulari.

CAPVT V.

ET hi quidem syllogismi aut sunt usq;quæ
que uniuersales , aut partim uniuersales
partim particulares. Nulli usq;quaq; par-
ticulares, hoc enim negat fieri posse. Sed
cur negatur? Sempronio unicus huius de-
functi filius ab hoc institutus est heres omnium
bonorum, ego autem sum Sempronius unicus hu-
ius defuncti filius, ergo ego sum ab hoc omnium
bonorum heres institutus: hoc affirmatiue, negati-
ue sic, Scæuola primigeni⁹ huius defuncti non est
heres institutus, tu es Scæuola primogenius huius
defuncti, ergo nō es institutus heres . Addam alia
exempla mutando subiectum in prædicatum quæ
tamen possunt uideri cedere in secundam figuram
tamen hoc loco ponantur. Homerus est summus
poetarum, hic est summus poetarum ergo est Ho-
merus. Pater meus non est iuuenis nec flauo crine
nec longa statura hic talis , est ergo non est pater
meus.

Syllogismi per totum & partem.

CAPVT VI.

SImilis ratio in toto & parte, quæ in gene-
re & specie. Quæ exempla breuissime sub-
iungam. Prima forma erit hæc: Tota Italia
est in Europa, tota Campania est in Italia,
ergo tota Campania est in Europa. Altera
quæ huius particularis est hæc erit, tota Campa-
nia

nia est in Italia, Neapolis est pars Campaniæ, ergo est in Italia. Tertia negatiua hæc: Nihil Italiæ est in Asia, tota Campania est Italiæ, ergo nihil Campaniæ est in Asia. Quarta quæ huius particularis ē hæc. Nihil Aegypti ē in Africa Alexandria ē aliquid Aegypti, siue ps, siue ps quædā Aegypti ergo nō ē in Africa, nam nihil idē est, qđ non aliquid siue non quiddā, id est, non ulla res, siue non quedam res, quemadmodum superius docui sicut omne & omnia substatiuum, id est, omnis uel omnes res. Quando adeat prædicato signū hæc quoq; sint exē pli totum corpus anima nutrit, toti unguis sunt pars corporis, ergo totos unguis anima nutrit. Vel assumendo particulariter quæ est secunda forma, hic unguis est pars corporis ergo hunc unguem anima nutrit. Itē negatiue nihil corporis, anima negligit, toti unguis sunt aliquid uel pars corporis, siue hic unguis est aliquid uel pars quædā corporis, ergo nihil unguium aut non hunc unguem anima negligit.

De quinq; postremis modis primæ figuræ omnibus in probandis.

CAPVT VII.

Hec quæ ego addidi (si qua addidi) ueriora sunt atq; utiliora multo, quam hi quinq; modi quos Theophrastus atq; Eudemus addēdos putauerunt, quosq; Porphyrius (quem egregie sensisse Boetius ait) ipseq; Boetius ac cæteri quos legi omnes probant, mea sententia non tam probando quam non addendos, quorum primum vocat

Baralipton is est, huiusmodi ut ipsorum ponā exē
pla omne animal est substantia, omnis hō est ani-
mal ergo quædā substantia est hō. Non possum me
hoc loco cōtinere, quin in hos sophistas exclamē.
O Theophraste, o Eudeme, o Porphyri ac Boeti,
cur non potius concludebatis quidā hō est substan-
tia, ubi nec opus erat cōuersione & plus ueritatis
inerat. Quin hanc colligendi formā (qua ego sum
usus) inter p̄cepta retulisti? & item in cæteris
quatuor, nam idē in cæteris facere possum nempe
quia particularis conclusio nequit descendere ex
uniuersali assumptione, ideo enim quidassumitur
ut concludatur: dura ergo uiolentaq; erit huiusmo-
di conclusio, nunc quis ferat eam fieri conuerzionē
duriorem magis quam uiolentam. At enim per cō
uerzionem uenitur ad formam rectam, quæ cōuer-
sio uocatur per accidens, en quare putasti hos mo-
dos addendos, ut uobis liceret indirecte loqui. Pri-
mum quomodo conuerti potest quod in medium
non assertur. Prius enim fuit asserendum illud qui
dam homo est substantia ut in hoc conuerteretur
quædam substātia est homo. Deinde quid stultius,
q; ob idipsum uelle à uia aberrare? Quanto satius
erat rectam tenere, quæ & compendiosior est, &
facilior & gratior, & utilior. Præterea qua mihi
uos ratione reditis in uiā? profecto non secus atq;
ille qui alienos fundos peragrans calcatis messi-
bus, stratis uitibus, intercisis sēpibus ad uiā redit,
à qua uel aberrauerat, uel spōte discesserat. Postre-
mo si ne illud licet quidem concludere, ergo quidā
homo est substantia (ut ostendi) multo minus lice-
bit cōcludere hoc quod est ex illo conuersum er-

go quædam substantia est homo. Nam illud ad reprehensionem tantum latinorum pertinet quod pro aliqua dictum est quædam. Quoniam in illo omne animal est substantia subauditur aliqua non quædam ut in in illo omnis homo est animal, subauditur aliquod non quoddam. Itaque illud, aliqua substantia, non fuit mutandum, in quædam substantia. Secundum est celates nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus lapis est homo. Peccatum hoc aliquanto minus quam superius, quæ conclusio uniuersalis ut assumptio est. Sed quæ peruersitas inuertere cōclusionem quæ erat ergo nullus homo est lapis, nam si hæc duo cōuertūtur nullus homo est lapis, & nullus lapis est homo (ut proximo libro ostendi) tamen conuersio nequit fieri nisi prius quod cōuertendum est proferatur, quod cum protuleris cōuertere cōz uolueris iam à tuis colligendi formulis recessisti. Tertium huic simile est particulariter assumens concludens quod uocant dabitis, omne animal est substantia, quidā homo est animal, ergo quædam substantia est homo. Vera conclusio erat, ergo quidā homo est substantia quam isti inuerse ac præpostere proferunt similes pueris qui per lusum retrorsum incedunt, similes scænicis quibusdam qui pedibus tanquam manibus ludicri gratia ipsis manibus ambulant, similes mulieribus quæ præposteros partus edunt quod genus pariendi monstrosum habetur plenumque pœnarum. Vnde qui sic nascerentur Agrippæ sunt dicti uel quod egre, id est, difficulter pariuntur, ut quibusdam placet uel ab egreditudine & pedibus qui priores capite producunt. Etenim tales

tales syllogismi difficile eduntur, & apud auditores simile quiddam monstri proferunt. Nam nemo intelligat tale probandi genus duce natura, sed exhorreat. At Boetius & hi quos Boetius laudat sic loquentes, uidentur mihi Agrippinos partus existimare speciosos. Quid aliud credas, quam ipsos eodem modo natos esse, ut Nero ex Agrippa (& si hic iocis loc⁹ nō est ut editi sunt) ita delectari in loquendo præpostere: dignos profecto (pergam iocari) qui fœminæ sint & hoc potius quam consueto illo naturaliꝝ pariāt modo. Quartū Fapēsmo omne animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo quædam substantia non est lapis. Hoc tanquam simile esset primo per accidens uolunt & ipsum conuerti non Agrippa sed abortiuus, & in ipso pariendi nixu extinctus. Quintum huic par autem omnium mostroſſimum quod uocant frisēomorum, eo quod aiunt conuerti per trāſpositionem & alijs modis. Quoddam animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo quædam substantia non est lapis. Cetum amplius modos ego reperiām indirecte colligendi atq; oblique, si uelim ut ista licentia redidi atq; couertendi. aut citra istam licentiam quod uel eo manifestum est, quod ex his quinq; modis primi duo nisi habeant inuersam conclusionē redent tolerabiliores syllogismos, q; ab ipsis Agrippeis dialecticis traduntur. Quo magis Boetiū miror qui hæc Romanis auribus tradens non expugnarit aliquatenus atq; castigarit, quæ apud neminem opinor ueterum latinorum duntaxat magnorum eum inuenisse laudata.

De toti

LIBER TERTIVS.

236

De totidem modis secundæ figuræ
quot primæ, & in secundā posse
primam conuerit.

CAPVT VIII.

Secunda figura totidē modos quot prima ha-
bet, omnes concludentes negatiue, quorum q-
habet propositionem negatiuam, is assumptionē
affirmatiuam: èdiuerso qui affirmatiuam proposi-
tionem, is negatiuam assumptionem habet. Quo-
runq; duo roti uniuersales, totidem mixti ex par-
ticularibus. Nam ex solis particularibus etiā pos-
se fieri puto, ut docent quæ superius posui exem-
pla. Sed nescio cur uelint hanc figuram reduci ad
primam, quasi non possit & illa in hāc reduci. Pri-
mus modus uocatur ab istis Cæsare, nihil insensibi-
le est animal, omnis homo est animal, ergo nemo
est insensibilis. Secundus Camestres. omnis homo
est animal nihil insensibile est animal, ergo nihil
insensibile est hō. Hos ego duos modos pro uno
sed duplice accipio. Ideoq; utrāq; conclusionem
utrobīq; conuenire reor, neq; enim distinctæ sunt
præpositio & assumptio ut altera maior sit, altera
minor sed quodammodo pares, ideoq; sicut neu-
tra uendicat sibi primum aut secundum locum, ita
utraq; ius habet in utraq; conclusione. Verum istis
placuit, ut id quod secundo loco poneretur, uen-
dicaret sibi conclusionem, quod uerū esset nisi sem-
per gemina esset conclusio. Sed earum dicamus al-
teram ad id quod primo loco, alteram ad id quod
secundo loco positum est referri. Idem contingit
in reliquis duobus, qui tamē sunt magis distincti,
quorū prior, qui est idem tertius, uocatur festino,
quāq;

237 LAVREN. VAL. DIALECTI.

quanquam debebat esse ordine quartus, ut in prima figura ferio. Et baroco (qui numeratur inter hos quartus) debebat præcedere ut in prima figura darij, cius autem exemplum tale est, nihil insensibile est animal Bucephalus est animal, ergo Bucephalus non est insensibilis. Alterius, quem dixi uocari baroco, hoc est exemplum, omnis ursus est animal, arctos non est animal, ergo non est arctos ursa. Quid obstat quo minus hic in superiobus dupliciter possim⁹ cōcludere ergo nihil insensibile ē bucephalus, & ergo nulla ursa ē arctos. Immo qd obstat qn possumus sic incipere. Arctos nō ē aīal omnis autem ursus animal ergo nullus ursus siue nulla ursa ē arctos. Item Bucephalus ē animal, nihil autem insensible est animal, ergo nihil insensibile est Bucephalus, siue ergo Bucephalus non est insensibilis et ergo actos nō est ulla ursa uel ullus ursus. An quia incipiendū est potius ab uniuersalibus & maioribus, at non sunt iste particulares illarum, & minores quam ut eis hanc reuerentiam debeat, ut loco cedant & priorem sedem semper habere patiantur. Itaque nihil intererit an particulariter an uniuersaliter hic uel incipiamus uel cōcludamus, tolerabilius tamen est, ut à particularibus incipiamus quam ab uniuersalibus concludamus. Quomodo autem hæc figura conuertatur in primam dicere quo attinet: an non prima conuerti potest in hanc, ut in cälarent & ferison si pro nullum pecus est bipes, diceremus, nihil bipes est pecus. Illud potius attinet tradere huius figuræ esse, quotiens quempiam ex suis ipsius uerbis confutare uolumus, ut omnem ignem aīis alimēto ege-

re. Et omnes fiderei ignes alimento non indigent, ergo non omnis ignis eget alimento, siue ergo non uerum aīs, omnem ignem egere alimento à diuerso. Nullum ignem uis carere humoris alimento, at omnes ignes fiderei alimento carent, ergo nonnulli ignes carent alimento, siue ergo falsum sentis nullum ignem carere alimento: hi modi usquequa sunt uniuersales, illi particularibus mixti, omnis Germanus est (ut aīs) albus, hic Germanus non est albus, ergo nō omnis Germanus (ut aīs) est albus. Item aīs nullum Germanum esse atrū, hic autem Germanus talis est, ergo nō nullus Germanus quod tu negas est ater, fas hic est & à minore incipere. Variabo exempla tollendi fastigij gratia. Aīs Periandrum Corinthi Tyrānum fuisse sapientem, at nemo tyrannus est sapiens, siue at nemo sapiens est tyrannus, ergo non fuit Periander tyrannus & idem sapiens. Item negant Periandrum suorum ciuium amatorem, at qui sapientes (de quorum numero hic fuit) sunt suorum ciuium amatores, ergo falso eum negant suorum ciuē fuisse amatorem. Poteſt etiam in hoc genere totus esse syllogismus, particularis, ut patrem tuum aīs fuisse procera statura, atqui Socrates non fuit procera statura, ergo Socrates non fuit pater tuus, siue ergo non fuit pater tuus Socrates. Sed de hoc genere colligēdi, & si usit ato & ue nusto, ideo superiores non fecerunt (ut opinor) mentionem quia maluerūt, hoc per hypotheticum syllogismum explicare cuius tractatum nunc subiungerem, nisi tertiam figuram confutare ne nunc heremus. Illud tamen non omissentes,

per

239 LAVREN. VAL. DIALE.

per totum & partem, in secunda quoq; figura fieri syllogismos quorum exempla ne uerbofiiores uide amur, quoniam facillima factu sunt ipsis legentibus facienda relinquamus.

Tertiam figuram omnino improbandam.

CAP V T IX.

Tertia quæ ab istis constituitur figura nihil in se habet sanitatis, sed tota plane insana est, ut pudeat me uicem eorum qui uel inuenierunt eam uel probandā putauerunt. Et quo sit turpius sexquipartitam faciunt, cum aliæ sint quadripartitæ, id est, maiorem cæteris. Cuius primus modus est, ut eorum utar exemplis quem uocant darapti, omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Secundus quē uocant felapton. Nullus homo est lapis, omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Tertius quem uocant disamis: quidam homo est substantia omnis homo est animal, ergo quod dam animal est substantia. Quartus quem uocant datisi, omnis homo est substantia quidam homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Quintus quem uocant bocardo quidam homo nō est lapis, omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Sextus quem uocant ferison Nullus homo est lapis quidam homo est animal, ergo quoddam animal non est lapis. Nec hic quidem possum me continere quo minus exclamem. O Polyphemus nugator, o nugarum amatrix Peripatetica familia. O natio insaniens, quem unquam ita argumentantem audistis: imò quis uestrum ita argumen

LIBER TERTIVS.

240

argumentari ausus est: quis ita argumentantē admitteret: pateret: intelligeret: Quo mihi argumētandi artificiū: pīnde ac si uelletis inuenire alias literas non quæ nostrā linguam ad eam expromēdam adiuuarent, sed aliam facerent si quis aliam linguam facere uellet. An non intelligitis in omnibus esse naturam ducem: cur enim illos modos q̄s approbavi, approbent omnes? quia natura duce omnes utuntur etiam rusticani, etiam fēminæ, etiam pueri, quorum in ore licet omnes illos modos annotare, nullum autem illorum sex, aut illorum quinq; ideo cum hos audiunt, non agnoscunt in se sed admirantur ueluti prodigia re formidantq; contingere, quod si uolebant colligere, quoddam animal aut esse substantiam aut nō es se lapidem, nam hæc duo tantum his sex modis colligere uolunt, an non poterant ita colligere: omne corpus est substātia, quoddam animal est corpus, ergo quoddam animal est substantia. Item nullum corpus animatum est lapis, quoddam animal est corpus animatum, ergo quoddam animal non est lapis. At enim licet hos modos ad illos primæ figuræ redigere, per conuersionem, per accidens, per contrapositionem per impossibile: ista remedia sunt, atq; medicinæ ægrotorum syllogismorū, sed quo mihi syllogismos ægrotos? Argumentari uelut præliari est, quis ergo in prælio uelit milites ægrotos? aut si ægroti non sunt, certe arma inuenta ac præpostere gestant, & illis magis impediti sunt quam muniti & tanq; uestibus non amicti, sed inuoluti atq; impliciti. Aurelius priscis temporib; pictor alioqui bonus ac celebris semp amore ali-

q

cuius

cuius mulieris flagrans, nunquā non fere deas pīn
gebat, sed in quibus amicarum suarū effigies red-
derētur: ut nesciret an ex deabus faceret scorta, an
ex scortis deas. Huic similes istarum argumētan-
di formarum adumbrator & pictor, quisquis is fu-
it, qui nimio suo delectatus ingenio ac studio & se
cundam figuram quasi mala fit, & tertiam quasi
bona esse possit ad primam reduci docuit: nullum
discrimen inter tam diuersa faciens, nec minus illu-
dere hominum auribus quā ille pictor oculis. Ru-
sticanum credo existimans aliorū more loqui, ni-
hil admirans nisi insolitum & à natura abhorens.
Quemadmodū impudicas mulierculas magis ble-
sc cum amatoribus, quām puro sermone loqui de-
lectat, & ut peruersirati cumulus accederet tan-
quam geometriam & arithmeticam traderet lite-
ris potius quām ueris exemplis est usus, non alia
meo iudicio fraude quam hi qui de mercibus suis
non optime sentientes dant operam ut eas merca-
ri uolentes in opaco cernant, & matres filias de-
formiores quas uiris locare uolunt noctu ad lumen
lucernæ citius quām interdiu ad lucem ostendunt,
sperant enim isti carius uēditum iri sua præcepta
si minime obuia & exposita fuerint, ut quæ multi-
plici fera obsignata sunt preciosiora credūtur. Sed
quid attinebat rebus per se obscuris addere tene-
bras, & cibis per se austoris & fastidium naufe-
amq; mouentibus pro condimento felleam quan-
dam adhibere amaritudinem. Verum fortasse nimī
um euagatus sum in reprehendendo, rédeo igitur
in uiam. hactenus de categorico syllogismo.

De hypothetico syllogismo.

CA

Hypotheticam Boetius conditionalem propositionem uocat quod cum quadam conditione denunciet esse aliquid si aliud fuerit. Categoricam uero prædicatiuam in qua aliquid de aliquo prædicatur. Est igitur categorica simplex quædam enunciatio. Enunciationem malo dicere, ut superius sum testatus quam propositionem. Hypothetica uero duplex aut multiplex enunciatio, & ut ipsa uox indicat suppositiua: de q̄ nihil conscriptum esse ab Aristotle idē Boetius ait: tametsi cum alibi tum in Analyticis quos se translatisse ipse Boetius fatetur, de hypotheticis syllogismis differatur. Sed Theophrastus (ut eiusdē uerbis utar) uir omnis doctrinæ capax rerū tñ summas exequitur. Eudemus uero latiorem dicendi graditur uiam, sed ita ut ueluti quædā seminaria sparsisse, nullum tamen frugis uideatur extulisse, p̄uentum. Ac de seipso pergit dicere, nos igitur quārum ingenij uiribus & amicitiæ tuæ studio sufficiamus, quæ ab illis dicta breuiter uel emissa fundit⁹ sunt elucidanda diligenter & subtiliter persequenda suscepimus. An persoluerit Boetius quod promiserit ipse uiderit. Ego certe eius quas formulis argumentari non ausim quippe quas neminem uideo usurpare, nec tam longa præceptione res indiget ut ille fecit, licet pluribus modis quam ab eo collectis hypotheticus fiat syllogismus. Per si uel per quando, per ubi uel per cum, per relativa, per comparatiua, & alia huiusmodi ac totidem modis hic quot categoricus sit, atq; pluribus ut in prima figura, quicquid est pecus, est quadrupes, omnis

caballus uel Bucephalus est pecus. Item quicquid est pecus non est bipes. Quia talis enunciatio est indefinita, uim habens uniuersalis, frequentissime tamen loquimur per si, ut si peperit cum viro concubuit, peperit autem, ergo concubuit cum viro. Sed nescio cur Boetius dixerit de categorico fieri posse hypotheticum, sed non ē diuerso. Nā quid causæ est cur is qui ē categorico factus est, hypotheticus, non possit rursus in pristinam restitu formam, quasi glacies quæ liquefacta est, non possit redire in glaciem aut aqua nequeat glaciari ac rursus liquefcere: quod si qui fuerint hypothetici qui non possunt redigi in categoricos, sat est aliquos redigi posse, ut quæcunque foemina peperit, cum viro concubuit, redigam in categoricum sic: omnis enixa, omnis puerpera, omnis mater, omnis aborta cum viro concubuit, quæ ratio loquendi facilior est in græca lingua quæ haber partipia in omnibus temporibus actiua & passiua. Ita illi uix erunt qui redigi non possint. Est autem hypotheticus, ut superius ostendi, totus aliquid negatiuus, ut quisquis deum nō colit, is nō colit uirtutem, nemo gentilis colit siue tu non colis deum, ergo nemo gentilis colit uirtutem, siue ergo tu non colis uirtutem. In secunda figura hæc sint exempla. Quicquid est insensibile, id non est animal, omnis homo est animal siue ego sum animal, ergo nemo est insensibilis, siue, ergo ego non insensibilis. Verum si introspiciamus altius hanc secundam figuram reperiemus ad refellendum esse natam. Si enim dicam hæc foemina si peperit, cum aliquo concubuit, peperit autem ergo concubuit

cubuit cum aliquo. Videor uelle probare hanc fœminam esse corruptam. Sin assūmam per secundam figuram non concubuit autem, concludamus ergo non peperit, uideor uelle refellere, quod alter affirmarat: ideoq; in tali sermonis genere accomodatior est subiunctiuus modus sic, si peperisset cum aliquo concubuisset, non concubuit, ergo non peperit. Item per negationem ista fœmina si cum nullo concubuit non peperit, cum nullo autem concubuit, ergo non peperit. Est prima figura uel probandi, uel confutandi gratia dictum, ac si ita assumas, concubuit autem cum uiro, immo ad rem apertius intelligendam per subiunctiuum loquaris sic ista fœmina, si cum nullo concubuisset non peperisset, nunc peperit ergo cum aliquo concubuit. Vtique loqui uideris gratia refellendi illum qui istam cum aliquo concubuisse negaverat, quam differentiam primæ & secundæ figuræ declarant uerba Ciceronis in libro secundo de diuinatione dicentis: Cum magis properant concludere solent, si dñj sunt est diuinatio, sunt autem dñj est ergo diuinatio. Multo probabilius est, non est autem diuinatio, ergo non dñj, hæc secunda assumptionio non illos decebat qui dcos esse defendebant, sed hos qui illorum opinionem refellere uolebant, quod fuisset apertius si ita inciperet. Si dñj essent, esset diuinatio, diuinatio autem non est, ergo neque dñj. Et licet subiunctiuus modus hic plus competat tamen crebrius per indicatiuum sunt autores loquuti, ut apud Quintilianum si nō sunt apes meæ, ne id quidem quod de his efficitur meum est. Alius dixisset si non essent meæ apes, ne id

q ; quidē

quidem quod his efficitur meum esset quod autem
his efficitur meum est, ergo & apes meæ. Vides ut
aliquando propositione affirmativa assumimus
concludimusq; negatiue: aliquando propositione
negatiua assumimus concludimusq; affirmatiue,
quod etiam secus fieri potest, ut sit assumptio ne-
gatiua, affirmatiua conclusio, propositio anceps
ut si non essent apes meæ, id quod apes faciunt ali-
enū esset. Atq; non est alienū quod apes faciunt, er-
go apes sunt meæ, habet ergo usum in syllogismo
etiam alius modus quam indicatius ut nunc ap-
paret ē subiunctio, cuius unum sumam ē Cice-
rōe exemplum ideo longius repetitum quod non
nihil in eo desydero. Is ita in rhetoriciis scribit.
Cum autem his concessis complexio ex his non cō-
ficietur haec erunt consideranda num aliud confi-
ciatur aliud dicatur hoc modo. Si cum aliquis di-
cat se profectum ad exercitum. Contra eum qui
uelit uti hac argumentatione, si uenisses ad exercitum
à tribunis militaribus uisus essem, non es au-
tem ab his uisus, non es igitur ad exercitum pro-
fectus: hic cum cōcesseris propositionem & assump-
tionem complexio est infirmando. Aliud enim
quam quod cogebatur illatum est. At nunc qui-
dem quo res facilius cognosceretur, perspicuo
& grandi uitio præditum posuimus exemplum,
equidem ego nullum uitium hic uideo nedū per-
spicuum & grande nisi forte demutatione uerbū
uenisti in profectus es, quod nec sensum mutat
& ad rem pertinet. Alter enim profectum se ad
exercitum dicebat, nos cum refellimus non fuis-
se profectum illuc ergo perinde est ac si incepisse-
mus

mus, si ad exercitum profectus essem, nam nihil est aliud ire sive uenire ad exercitum quam illuc proficisci. Cur igitur aliud quam quod cogebatur illatum est: hæc quam breuissime atq; apertissime potui de hypothesi.

Quædam uerba reddere numerum ac multiplicem syllogismum.

CAPVT XI.

Quorundam natura uocabulorum facit, ut duplici ac multiplici assumptione & cōcluſione utamur, nullum animal præter hominem religionis est capax, phœnix non est hō, ergo non est religionis capax: quod est exemplum primæ figuræ, perinde ac si dices phœnix est animal Præter hominem nemo nisi bonus fœlix. Plato bonus ergo fœlix, uel Plato non bonus ergo non fœlix, hoc in prima. In secunda sic: Plato fœlix, ergo bonus uel Plato nō fœlix, ergo nō bon^o. Soli pygmei ex hominibus non erubescunt. Hi sunt pygmei ergo non erubescunt, hi non sunt pygmei, ergo erubescunt, hi erubescunt ergo nō sunt pygmei, hi nō erubescunt ergo sunt pygmei. Vinum phalernum est oīm optimū, hoc est phalernū, ergo oīm optimum, uel hoc est optimum omnium, ergo phalernum, tale est apud Ciceronem de natura deorum libro primo. Quod ratione utitur id melius est q̄ id quod ratiōe non utitur, nihil autem melius mundo ratione, igitur mundus utitur. Simillimū huic est apud Quintilianum, sed(ut reor) aliunde sumptum, omnia animalia meliora sunt quam inanima, nihil autem melius mūdo, ergo mundus aīal.

neq; uero de uniuersorum uocabuloru; natura si-
gillatim præcipere possumus, non nihil tamen in
posterioribus attingemus. Interim hoc addimus
nonnunquam recidi à forma syllogismi, sed tamē
ui uerborum fieri syllogismum, ut philosophia est
uirtus, Socrates est philosophus, ergo p̄ditus uir-
tute. Item uirtus est summum bonū philosophus
amat, ergo hanc amat summum bonum. Nam il-
lic p̄inde est ad si dixissem omnis philosophus est
uirtute, p̄ditus Socrates est philosophus, ergo
uirtute p̄redit⁹. Et hic perinde ac si dixissem qui
amat uirtutem amat bonū summum, philosophus
amat hanc igitur amat summum bonum. Tale est
illud Ciceronis in topicis à definitione, ita enim
hoc genus argumenti uel argumentationis appel-
lant. Ius ciuile est æquitas cōstituta his q; eiusdem
ciuitatis sunt ad res iusas obtinendas, eius autem
æquitas utilis cognitio est, utilis ergo iuris ciui-
lis scientia, hic syllogismus ad eam formam quam
ego docui non minus naturalem quam illam peri-
pateticorum secūdum quam ita fiet syllogismus
æquitatis quæ constituta est, his qui eiusdem ciui-
tatis ergo utile ē ius ciuile, siue ut ille colligit uti-
lis est iuris ciuilis scientia.

De coaceruatione.

CAPVT XII.

MEdiam quandam uiam inter has duas ar-
gumentandi formas tenet coaceruatio
syllogismorum (quem græci σωστὴν uocāt)
cum aliis ab alio deinceps excipitur ut quod ego
uolo idem mater, quod mater idem Themistocles,
quod Themistocles idem populus Atheniensis: igi-
tur

ter quod ego uolo, idem uult populus Atheniensis. Quod perinde est ac si dicere mus quod est laurus est arbor, quod est arbor est corpus, igitur quod est laurus est corpus: siue qui ortū dicit ab Ascanio, ortū dicit ab Aenea, qui ab Aenea idē ab Anchisa, igitur qui ab Ascanio idem ab Anchisa ortū dicit. Peripatetico autem more quod uult mater idem uult pater, quod uult pater idem populus, quod aut̄ ego uolo idem uult mater. Igitur quod ego uolo idem uult populus, itaque nihil hoc aliud est, quam repetitio syllogismorum, ut nihil attingeat hic aliud separatum præcipere, nisi ut caueamus ne transitus ipse nos fallat, cum præsertim multæ sunt huiusmodi species de quibus plusculis dicam, ut euidentius appareat animaduertendum esse uerborum naturam. Est enim dissimile si quis dicat Roma est pulcherrima urbium, regio hæc Romæ regionum est pulcherrima huius regionis domorum omnium urbium. Ante omnia cum dico pulcherrima urbium sic accipi debet quod domos quam cæteræ urbes habet pulchriores. Aliter nihil sequitur idem de regione dico pulcherrima & tamen cum ita sit, non est consequens domum hanc præstare cæteris, non modo aliarum urbium sed ne Romanæ quidem, quoniam aliqua aliarum regionum domos potest superare meā. Neq; em regio pulcherrima est, quod unam pulcherrimam habeat domum, sed quod plures cæteris pulchras. Idem dico de urbe quod frequenter uidemus in uico non pulchro & in urbe non pulcherrima ædificia habente, esse longe pulchriorem domum quam uilla sit in pulchriore uel uico, uel oppido, huic si-

mile est illud apud Macrobius, optimos omnium
pisces producit Italia, optimos in Italia Tyberis,
optimi ex Tyberi sunt lupi, optimi ex lupis sunt
hi qui inter duos capiuntur pontes, igitur iisdem
sunt omnium piscium optimi. In huiusmodi mate-
ria spectandum est, sicut in ceteris, sed aliquanto
attentius quid sequatur, quid repugnet. Nam ut
hic fortasse consequentia non stabit & item si col-
ligere uelis de diuinitatibus hominum, de nobilitate, de
uiribus, de pulchritudine, de scientia, ita stabit, si
de colore, de frigore, de ubertate, de proceritate
corporum, de distantia urbium atque terrarum.
Idem efficit, si non repetamus proximum quicquam,
sed aliud atque aliud simile, sed aliquanto minus sub-
iungiamus, praesertim interrogando. Quod simile
quiddam habet inductioni: de qua(ut dixi) poste-
rius loquemur, ut si quis neget se malle piscicu-
lum esse quam solem, sic cum percunctabimur, nun
quid malles esse etiam luna, inquiet, malle quidque
stella, quid quam mare, quid quam flumen, quid
quam riuus, quid quam fonticulus, quid quam stil-
la equae: certe ultimum aut ultima negabit, tunc
eadem retrorsum relegamus dicentes, si non mal-
les esse stilla quam pisculus, ergo nec quam fonti-
culus, nec quam riuus nec quam flumen, nec quam
mare, nec quam stella, nec quam luna, nec quam
sol. Neque hinc abest procul cum saepius idem repe-
tentis in summa colligimus, ut si nemo debet of-
ferre se morti pro unius, aut alterius ciuis uita,
nec pro triu quia quod duo non effecerunt, id nec ter-
tius efficiet, si neque hic tertius profecto nec quar-
tus, si non pro quatuor ciuium certe nec pro quin-
que

que nec pro sex, & ita deinceps, ergo nec pro tota ciuitate, hoc totum loco erit propositionis: dein de assumetur, nemo autem debet se morti offerre pro unius aut alterius ciuis uita, siue Curtius autem non debuit se morti offerre pro uno aut altero ciue, ergo nec pro tota ciuitate. Idem contra ualeat hoc modo si quis pro decem milibus hominum ex quibus ciuitas constat salute, debet subire mortem, quid nisi etiam si uno minus decem milibus ciuitas constaret. Si uno dempto quid nisi & altero, si duobus demptis quid nisi, & tribus? si tribus certe & quatuor? atque ita singulis demendis ad unum usque deueniam, deinde assumam in secunda figura. Nam superius assunmpsi in prima. At qui pro unius ciuis salute quis mortem subire non debet, ergo nec pro totius ciuitatis. Sed euidentior huiusc argumentationis fuerit intellectus, si loquamur per subiunctivum sic: si quis pro totius ciuitatis salute mortem subire deberet, & reliqua, sed in utroq; exemplo negatiue loqui sumus. Cur non etiam loquamur affirmatiue? idē sufficiet exemplū. Si assumemus affirmatiue. Christus autem subisset mortem pro hominum salute etiam si uno pauciores fuissent, ergo pro unius si unus fuisset. Cuius haec commodior fuisset proposicio. Si quis pro omnium hominum salute subiijt mortem etiam si uno pauciores essent subiijster. Itē si timenti tibi orationem habere ad populum dicam. Si tibi habenda esset oratio apud quatuor timeres ne? minime inquam responderes timerē, qd apud qngq; nec istos timerem, quid sex? & ita gradatim pueniam ad populum concludamq; nā superior mea ratione

gatio & tua confessio locum habet assumptionis,
ergo nec apud populum timere debes habere ora-
tionem, fieri uerū fortasse quod Cicero ait in eptū
esse quos singulos contemnimus, tāquam barba-
ros putare uniuersos esse aliquid. Ideo dixi fortas-
se, quia non solum aliam uocem, alium gestum, ali-
am orationem uniuersi postulant quām pauci, sed
etiam quod ipsa uniuersitas multum facit & (ut di-
xi) in principio coaceruatio, siue in cōtrariū acce-
ui imminutio. Etenim hac ratione Abraham ag-
gressus est deum ad impetrāndam misericordiam
Sodomitis & Gomorritis, cum subinde interro-
garet, quid si illic quinquaginta fuerint iusti? qd
si minus quinquaginta iustis quinqꝫ fuerint, quid
si quadraginta, quid si triginta, quid si uiginti, qd
si decem? Nec ad minorem numerū descendere
est ausus, sciens non idem in diuersis numeris esse
momenti & plus in decem quām in quinqꝫ, & in
uiginti quām in decem, & in triginta quām in pau-
cioribus, & item plus in quadraginta plus quoqꝫ
in quadraginta quinqꝫ, & his plus in quinquagin-
ta, & ita deinceps in infinitum. Quo minus Hor-
tianum illud probauerim ubi colligere uult auto-
ritatem libris non acquiri numero annorum, cum
ait ad Augustum scribens. Utar pmissō caudæqꝫ pi-
lus ut equinæ paulatim uello & demo, unū demo,
& item unū. Vnus inquit annus non dat adimit' ue-
libris autoritatem, quod non totam solidamqꝫ fa-
teor quod nullā nego, in quo probando tribus si-
militudinibus est est usus una de cauda equi, alte-
ra de aceruo, tertia de uino, quæ omnes cōtra ipm
faciunt. Nam unus pilus caudæ equinæ ademptus

tam

tam & si non det eidens signum uacui tamen aliquid relinquit, & equum si non tota cauda tamen illius parte priuauit, & qui unū pilum equinæ caudæ dempsit si non abstulit caudam equo certe abstulit pilum caudæ, quæ ē pilis constat, qui si perget alterum, tertium, quartum pilum ac deinceps demere: ut senex ille à Sertorio iussus fecit, cauda in nihilum recidet. Cui simile est illud apud Eso pum de fasce uirgarum à patre filijs ad frangendū dato, quem cum nullus eorum posset frangere, iterum iussi uirgatim, facillime fregerunt. Igitur unus annus dat adimitq; libris autoritatem, sicut unus pilus caudæ equinæ & una uirga fasci. Et duo anni ut duo pilii ac duæ uirgæ, & cētum milleq; anni, ut centum ac mille pili totidemq; uirgæ. Sicut etiā quæ secunda similitudo est unum granū dat aceruo aliquid adimitq; quod səpius repetitum & facit aceruum & destruit. Siquidem formicæ singula gestantes grana & nostrum aceruum destruūt, & suum construūt. Mustum quoq; ipsa die purgatur plusq; habet ut sic loquar dignitatis hodie quā heri habuit, ac plus cras atq; perendie habebit donec per singulos dies in comparanda sibi dignitate, p̄ficiens desinit esse mustum, mereturq; autoritatem potionis nomenq; ueri uini, ergo cōtra faciunt (ut dixi) similitudines suæ contra quem ego quoq; audacius dixerim quod ipsius argumentatio non magis facit ad autoritatem librorum q; ad ætatis longitudinē. Quis em quod centenarius non sit senex aliquem ita colligentem: quid si cētenarius sit minus uno anno erit ne senex? quid si item altero, siue quid si uno mense minus uel uno die? quid si duo

duobus: quid si tribus: & ita deinceps. Nōne hæc argumentatio eo perueniet, ut centenarius sit idē anniculus: & ē diuerso sursum uersum eundo anni culus sit centenarius hoc est decrepitus, sicut decrepitus erit idem infans. Quod genus probationis à quolibet prolatum Horatius ipse satyrico suu percilio damnaret, idem de cæteris rebus dici posset. Vnde Cicero in Academicis, inquit, rerum nam nullam dedit nobis cognitionē, finium ut illa in re statuere possimus, quatenus ne hoc in aceruo tritici solum unde nomen est, sed nulla omnino in re minutatim interrogatti diues, pauper, clerus, obscurus, sit multa, pauca, magna, parua, longa, breuia, lata, angusta, quanto aut addito aut dēpto certū respondeamus nō habeamus.

De dilemante antistrephōtēq; siue cōuersione.

CAPVT XIII.

VT autem hoc proximum ex pluribus p̄tibus constat. Ita illud qđ græci dilecti maton uocant, tantum à duabus qualia fuerunt superiore libro Quintilia ni exempla, & quale illud apud Ciceronem, si bonus cur accusas, si malus cur uteris, de quo ideo pauciora dico, quod de eo satis in colloco est à Quintiliano præceptum. Quomodo autē ē contrario respondeat, solet à rhetoribus tradi qđ græci Antistrephontē, Cicero conuerzionē uocat. Quorū dum refello traditionē (nā ab eis dissentio) uolo mihi ueniā datā si aliquantis per oratorie loquar (nā ab oratoribus siue rhetorib⁹ hoc p̄cipue tradit⁹) atq; euagatus fuero, non admodū ingrata doctoribus (ut spero) futura oratiōe, & ab A. Gellio

Ilo potissimum reprehensionē exordiar cuius uerba hæc sunt. Euathlus adulescens diues eloquētiæ discendæ causarumq; orandaq; cupidus fuit. Is in disciplinā Prothagoræ sese dedit, daturumq; pmi sit mercedē grandē pecuniā quantā Prothagoras petuerat, dimidiūq; eius dedit iā tūc statī priusq; disceret, pepigit ut reliquū dimidiū daret, q; primū die causam apud iudices uicisset, postea cū diutule auditor assestorq; Prothagoræ fuisset in studio qd facundiæ abunde pmoisset, causas tñ non recipere, tēpusq; longū iā transcurrere, & facere id uidere ne reliquum mercedis daret, capit consilium Prothagoras ut ipse existimabat astutum, petere instituit ex pacto mercedē litē cū Euathlo contendat, & cū ad iudices coniiciendę consistendatq; causæ gratia uenissent, tum Prothagoras sic orsus est. Disce inquit stultissime adulescens, utroq; id mō fore uti reddas qd peto siue cōtra te pronunciatū furerit siue p te. Nam si cōtra te lis data erit merces mihi ex lñia debebit, quia ego uicerō, si uero secundum te iudicatū erit ex pacto debebit quia tu uiceris. Ad ea respondit Euathlus potui, inquit, tāanci piti cuæ captioni isse obuiā si uerba ipsa nō facerē sed alio patrono uterer. Sed magis mihi in ista uictoria proludium est, cum te non in causa tantum sed in argumento quoq; isto uincam. Disce igitur tu quoq; magister sapientissime, utroq; modo fieri, uti non reddam quod petis, siue contra me pronunciatum fuerit siue pro me. Nam si iudices pro causa mea senserint nihil tibi ex sententia debebitur, quia uicerō. Sin cōtra me p̄nunciauerint nihil tibi ex pacto debebo, q; ego nō uicerō. Tū iudices dubio

dubiosum hoc inexplicabileq; esse quod utrinq; di-
cebatur ratione, sententia sua utrācunq; in partem
dicta esset ipsa sese rescinderet rem iniudicatam re-
liquerunt, causamq; in diem longissimum distuler-
unt. Sic ab adolescenti discipulo magister eloquē-
tiæ inclitus suo sibi argumento confutatus est, &
captiōis uersutæ excogitatæq; frustratus est. Sunt
qui non Protagoram & Euathlum hæc dixisse ue-
lint, quæ A. Gellius ait, sed Coracem & Thysiam &
ipsius rhetoricae alterum magistrum, alterum disci-
pulum, ut illi duo superiores eosq; à iudicio sum-
motos fuisse cum illo elogio. καὶ τὸν κόρακον καὶ τὸν θύρην,
id ē, mali corui malū ouū. Corax em græce coruus
dicitur: sed nostra nihil interest an Prothagoras &
Euathlus an Corax & Thysias fuerint: tamē q; a in
A. Gelliū loquuturi sumus: id quod ab eo narratur
uerius putemus: contra quem prius quam dispu-
tibet castigare factum iudicū, q; propter respon-
sionem discipuli se non posse sententiam ferre pu-
tauerut. Quid em periculi erat ne sententia seipsa
rescinderet: siue contra magistrum lata ex ui pac-
tionis, siue contra: ex equo & bono cum ille dolo
malo nollet agere causas. Non aliterquām id quod
est apud Lactantium. Referā em & illud quia ad
rem pertinet & qui Lactatius ipse uidetur assenti-
ri ueluti inexpunabili. Quidam inquit somniauit
ad moneri se a quodam ne somnijs crederet si non
credit hic somnijs: credit somnijs, quia huic ipsi
somnio credit. Sin credit somnijs, non credit som-
nijs, quia huic nō credit: id falsum est ut ostendam
quamquam hoc quod Lactatius refert philoso-
phatum comenticium somnium non uocat calum-
niæ. Neq;

nia. Neq; enim de illo genere somniorum est, qui
bus quis assentiri queat aut non assentiri, quoties
rērum euentus cum ipsa somnij p̄dictione aut
admonitione concordat: ueluti si quis in somniis
me admoneret thesauri alicuius defossi, quem the-
saurum si eodem loco reperero, quem ille somniā
ti mihi aut ostēdit, aut narrauit, credam ei somnio
si minus non credam. Nam quomodo possum cui-
piam credere nisi constet eum uera loqui, hic aūtē
an uera loquatur mihi non constat. Stultum sit igi-
tur ei credere. Quid enim si dicat ille se esse Homē
rum, aut Hesiodum, nunquid credam? Adeo om̄ia
omnia talia sunt, quoniam quicquid uidemus in
somnijs, tale p̄sertim quod possumus agnoscere
ideo uidetur s̄e offerre ut uerū credamus. Nec re-
fert an ad oculos an ad aures id sese magis accom-
modet, nec in thesauro inueniendo uerbis an ima-
ginib; admoneamur. Ergo huiusmodi somnia nul-
lam habent autoritatem, ideoq; si non credam so-
mnijs, non ideo non credam, quia huic uni fidē ha-
beam, sed quia deprehēdi illa ferē esse fallacia. Si
credam non ideo credam quia hunc admonito-
rem uanum fuisse putem, qui uerum dixit, sed hoc
somnium in neutrā partem habebit monumen-
tum. Non secus ac si somniasset duos me ēdiuer-
so admonentes, unum quidem ut credam, alterum
uero ne credam somnijs, quorū nullius sequar au-
toritatem, quia quædam credam esse uera, quædā
non uera. Neq; enim ita dicendus est quis credere
somm̄ijs, quod omnibus credat, ut Lactantius cōsti-
tuere uidetur. Credam igitur aliquibus somnijs,
omnibus non credam, fietq; quod ille impossibi-

257 LAVRENTII VAL. DIALE.

le putat ut somnijs credam, & non credam, hoc so-
nnio nequaquam meum tardante iudicium, quo
minus libere sentiam. Ita calumniosa discipuli re-
sponsio nihil impedire debuit iudicium mentes ne
secundum leges pronunciarent. Ut redeam ad A.
Gellium qui non causæ sed argutiæ inter magistrum
discipulum se iudicem faciens, secundum discipulū
litem dat quod Prothagoras fuerit ab Euathlo cō-
futatus. Quod an uero sit discutere uolo & uelut
in re præsenti personam Prothagoræ aslumere &
apud iudices ita habere orationem. Quid quæso
agitatis iudices? aut quæ tandem ista iustitia est, in
tam longam diem differre causam? & ne de ea iu-
dicari unquam possit efficere? non ferendo aduer-
sus me sententiam fertis, quam utinam ingenue
ferretis. Multo enim plus damni facimus ex ue-
stra dilatione, quam si litem secundum aduersari-
um daretis faceremus. Quinimo posco ac postu-
lo ut secundum eum cum mea bona gratia litem
detis, neq; ad nostras respicere uelitis argutias,
quæ neque ad uos pertinent: qui iurati secundum
tabulas atq; documenta iudicare debetis, neq; uo-
bis sunt dicta, sed aduersario. Ego hunc inscitia ar-
guere uolui, hic me uicissim inscitiae redarguere:
neuter aut uos admonens, aut causam defendens,
sed tanquam extra iudicium loquens, quorū uter
uerum dicat, aut uter loquatur argutius iudicare
non est uestræ religionis, de lite uos non de litigis
toribus disceptatis, & de lite quā cōtestati sumus,
nō de altercantiū cōuirijs. Quid āplius q̄ritis? pu-
tate me nihil dixisse, & ex consequenti hunc nihil
contradixisse. Ego quod dixi reuoco, ita & quod

hic

hic contradixit pro non dicto habebit. Quod si quid apud uos nostra uerba ponderis habent, quā ad inane sit mecum quæso recognoscite. Dixi huic si lis contra te data erit, merces mihi ex sententia debetur, hoc in honorem huius loci atq; iudicio rum dictum sit, id quod secundo loco dixi. Si uero secundum te iudicatum erit merces mihi ex pacto debetur, non id pertinet ad contumeliam uestram atq; iudiciorum quasi sententia contra me pro illo lata nihil ei prosit: proderit quidem illi, sed multo plus mihi. Nam reportabit hinc uictoriā quod ego capto, & ad quod ego tendo, ut posteaquam iste semel uicerit, agam iterum in eum non quod à uobis appellem quod absit. Sed quia apud uos de integro agere potero, neque uero est ut timeatis ne sententia scipsa rescindat quod audiēt intra uos loquentes uideor. Damnamus Euathlum: at absoluimus quia non soluet reliquū mercedis ut pepigit, cum nullam adhuc uicerit causam absoluimus: at damnamus quia soluet reliquū mercedis ex pacto cum iam aliquam causam uicerit, ita uictus uictor & uictor uictus erit. Is namq; uictus est, qui per sententiam iudicū soluit quod ab eo petebatur. Is rursum uictor qui non soluit: atq; hac ratione sententia nostra sese ipsa rescindet, pace uestra, longe idabest optimi iudices. Nam Euathlum si damnatis non absolvitis quasi non sit soluturus si non ex pacto certe ex aliqua ratione damnaretis. Mimime, sed de dolo male, soluet igitur si damnabitur. Sin uero absolvitis quod potius reor, non damnatis quasi sit solutu

rus quod petebatur. Quis enim coget inuictū sol-
 uere? profecto nemo, Euathlum abioluimus, con-
 demnabunt eum secundi iudices, nec magis eum q̄
 nos condemnabunt. Minime iudices sed ob uestra
 sententiam propter quam hic aliquam obtinue-
 rit causam, Euathlumq; cogent ex pacto mihi reli
 quum mercedis persoluere. Ite nunc & timete ne
 uestra se se rescindat sententia quia nec aduersa re
 scindi possit. Atq; quo magis animaduertatis nul-
 lam subesse dubitādi causam, inspiciamus ipsa uer-
 ba quæ dubitationem facere uidentur. Ego iudi-
 ces dicebam si cōtra te lis data erit, mercedem mi
 hi ex sententia debebis, hic ē contrario loquens ne
 gat se debitum ex pacto uidelicet negat quod
 nemo ait, ego enim concedo, fatcor, assentior eū
 non debere ex pacto si ex sententia rursus dicebā
 si crit iudicatum secundum te mercedem mihi ex
 pacto debebis quia tu uiceris, hic negat debere se
 ex sententia. Quid tu adulescens & in præcepto-
 rē ingratissime & in iudices contumeliosissime, cū
 de sententia te conuenio, de pacto facis mentio-
 nem, cum de pacto non de pacto, sed de sententia
 loqueris? non ego te utrāq; ratione debere dico,
 sed alterutra uel ex pacto, uel ex sententia, ex horū
 utro debere te negas, nam neutro licet impuden-
 tissimus sis, dicere non potes. Vtrocunq; ergo ne-
 gaueris altero certe debere confiteberis, finge iā
 pronunciatum si uis secundum me non 'ne debebis
 ex sententia? finge pronunciatum secundum te
 nōnne ex pacto debebis? At enim non debebis tūc
 ex sententia audio. Fateor neque enim ex duabus
 causis peto sed ex altera, quia nec tu patrimoni-
 um

um habes & testamento & ab intestato , datur tibi optio: elige utrum uelis aut pro te sententiam ferri aut contra te utrolibet modo soluturus quod peto, si contra te ex hac ipsa sententia, si contra te ex sequentium iudicium sententia . Quid ait: si contra te isti pronunciabunt nihil mihi debebis? quia non ex pacto, ergo horum sententia pro nihilo erit: horum omnium iudicium friuolum putabis: horum autoritatem aspernabere? non sentis improbe, no sentis te iniuriam facere his apud quos reus es. At enim alio emendas capite, quo si pro te iudices senserint nihil mihi ex sententia debabis. Non debebis tu quidem ex sententia, sed tamen propter sententiam, quoniam sententia haec præstabit, ut alio iudicio seu apud hos, seu apud alios iudices uictus mihi reliquum pecuniae reddas ex pacto. Quid tibi est cum ista tergiuersatione, non artificiosa sed arti repugnante, non ingeniosa sed rudi, non utili sed impudenti. Quicquid ait contra me, id omne ego tibi concedo, tribuo, fateor, non debere te mihi reliquum mercedis ex sententia, si ex pacto, neq; ex pacto si ex sententia, sed ita ut tu inuicem fateare mihi hoc rationi meæ obstat: ut autem ad uos iudices reuertar . Non eo inficias uos secundum me ex pacto litem dare non posse, si sum mo iure agere uelitis. At si ex æquo & bono, atq; ut inter præceptorem ac discipulum decet, præser tim contra dolum & fraudem, profecto secundū me iudicium dabitis, debebitq; Euathlus mihi reliquum mercedis & ex pacto & ex sententia. Quod si forte nolueritis, etiam atq; etiam rogo, ut pro hoc potius quam pro neutrō litem detis, quo no-

mine contra quem pronunciabitis habebo uobis uel maximas gratias, quas nisi iste quoq; se habere confitebitur, erit in uos sicut in præceptorem ingratissimus. Hac Prothagoras si pro se dixisset opinor iudices ad pronunciandum fortasse pro se, aut certe (quod ipse uolebat) contra se induxisset. Sed hanc argutam siue Euathli, siue Tysiae, siue alterius si quis huis his prior fuit quidam, ut uerum solerter in admirantur, quorum est Aristoteles qui secundo rhetoriconum libro tradit id præceptum subito hoc exemplo. Socrates non sinebat filium habere orationes inquiens si iusta loqueris hominibus eris inuisus, si iniusta dijs. Immo oportet orationes habere. Nam si iusta loquor dij me diligent, si iniusta homines. Num ista ratione refutare posse optime præceptor orationem meam tibi dicentis. Noli fretum Siciliae transmittere, ne si plus ad dextram declinaueris periculum tibi sit à Scylla, à Carydi autem, si plus ad sinistram, dicas uolo transmittere fretum Siciliæ quia si ad dextram declinabo non erit mihi periculum à charybdi, nec à scylla si ad sinistram. Qua confutatione quid stultius? nam istud quod ait in mea inerat oratione quasi consequens. At enim Cicero ait si complexio uera erit nunquam reprehendetur. Et quis aut quo pacto iudicabit an uera sit, profecto cum iudicatum fuerit esse falsam complexionem, iam superuacuum fuerit convertere quasi cum uicto captoq; hoste uelle pugnare. Sed qua ratione dignoscatur falsa complexio ac uera, nos ipse præceptor non docet, cum in duabus hanc rem tractet operibus cuius haec uerba sunt

Sunt in rhetoriciis. Quæ uero sicuti necessaria indu-
centur ea si forte mutabuntur modo, necessaria ar-
gumentatione, neq; erunt huiusmodi, sic reprehen-
dentur. Primum complexio quæ utrunc; conces-
serit debet tollere, si uera est nunquam reprehen-
detur, sin falsa, duobus modis aut conuersione, aut
alterius partis confirmatione. Conuersiōe hoc mo-
do: nam si ueretur quid eum accuses, qui est pro-
bus: sin inuercundum animi ingenium possidet,
quid eum accuses, qui id parui auditum existimet.
Hic si uereri siue non uereri dixeris concedendum
hoc putat, ut neges accusandum quod conuersio-
ne sic reprehenditur immo accusandus est, nam si
ueretur accuses, non enim parui auditum existi-
mabit. Sin inuercundum animi ingenium possi-
det tamen accuses, non est enim probus. Alterius
autem partis confirmatione hoc modo reprehende-
tur. Verum si ueretur accusatiōe tua correctus ab
errato recedet. Superius autem tanquam uerae cō-
plexionis exemplum posuerat Cicero inquiens:
Complexio est in qua utrum concesseris reprehē-
detur ad hunc modum, si improbus est cur ueris:
si probus cur accusas? In libris ad Herennium hæc
eius sunt uerba: utuntur igitur studiosi in confir-
mando ratione duplii conclusione hoc modo, in-
iuria abs te afficio indigna parer, nam si impro-
bum esse Threspōtem existimabas, cur me huius
locabas nuptijs? si probus est cur talem iniūtiā, in-
iūtum cogis linquere? Quæ hoc modo concluden-
tur, aut ex cōtrario conuertentur aut ex simplici
parte reprehendent. Ecōtrario hoc modo nulla te
indigna nata afficio iniuria. Si probus est colloca-

ui si improbus diuortio liberabo te incommodis,
ex simplici parte conuertetur, si ex duplice conclusione altera pars diluetur hoc modo. Nam si improbum esse Threspon tem existimabas, cur me huius locabas nuptijs? duxi probum erravi, post cognoui & fugio cognitum. Igitur reprehensio huius conclusionis duplex est acutior illa superior, facilior haec posterior ad excogitandum, cur dicat Cicero faciliorem, hanc & illam acutiorem non video nullius enim negotij est, uti conuersione, nisi forte uelimus uti etiam peruersione uerborum quod non licet ut ipse facit. Nam cum dixisset filia, si improbum esse Threspon tem existimabas, ipse uerit si improbus est. A quo ut dissentire audeam facit quod in libris ab eo sane compositis de arte oratoria, nullam video huius pracepti factam mentionem, ut magis haec est scholis rhetorum quam ex usu orandi sumpserit. Ideoque huiusmodi responsionem nulla in oratione quantum equidem ipse legi usurpauit, meritoque Quintilianus huius fruolae confutacionis silentium egit, tacite eam damnans, quasi indignam quae ab ipso reprehenderetur perfese damnata & explosam: filia enim patrem incusat: si improbum esse Threspon tem existimabas cur me me huius collocabas nuptrijs? pater respondit si improbus est diuorti liberabo te incommodis. Non cur me nunc ab illo separes pater queror, sed cur me illi collocaueris si improbus erat. Item incusanti si probus est collocaui. Me miseram non quod probo collocaueris queror pater, sed quod sciungas, si probus est ab iniusto iuitam, fac filiam haec duo non coniunctim dicere, afficiar incom-

commodis diuortio si est probus. Quid alteri cur
illam à probo seiungat inuitam ab inuito certe nō
hoc, collocaui si probus est, qui ergo fieri potest, ut
quæ rationes separatim dictæ nihil efficiunt atq;
adeo uesanæ sunt, eadem coniunctæ ualeat saneq;
sint, item in altero exemplo. Si ueretur quid eum
accusas qui est probus. Quis adeo demēs est qui sic
occurrat, immo accusem qui id nō parui auditum
existimabat. Et cum dixero si inuercundum ani-
mi ingenium possidet, quid eū accusas, qui id par-
ui auditum existimet, sic contra dicat, immo accu-
ses qui non est probus. Vides ut non est utendum
conuersione, nec rationum peruerstione, quasi quis
obijcentem in ipsum manus uelit repellere trans-
uerfis manibus, ut dextram apponat alterius de-
xtrę, & sinistram sinistrę, & non potius recta bra-
chia opponat rectis alterius brachij, atq; ita refel-
lat: si ueretur & si probus sit tamen accuses, ut qd^r
sua probitate non faciebat, id tua accusatione cor-
reptus faciat. Sin inuercundum animi ingenium
possidet tamen accuses quia forte non parui faci-
et se accusari, aut si faciat præsta hoc famę tuę, ne
per te stetisse homines putent, quominus corrigi-
retur, ne particeps illi in peccādo uideare, & mul-
ta alia quæ dici possunt. Hæc sunt quæ ostendunt
falsam fuisse complexionem, quo ostendo, quis di-
cat opus esse amplius conuersione, etiam si quid
haberet momenti? Illam autem superiorem qua
filia in patrem usq; est complexionem, non ausim
confutare quia iusta est, nisi forte dicat pater & si
improbus erat tamen ei te nuptum dedi, quia ty-
rannus me coegit, quia ab eo infidias timebam,

quia sperabam & mihi & tibi commodum, & quæ sunt id genus. Nunc autem iam liber à tyranno, ab insidijs eum à quo nihil spero, quem & mihi & tibi incommodum expertus sum repudio. At illa Ciceronis confutatio transuersa & obliqua, quid possit habere uirium? cum etiam directa & simplex nihil proficiat aduersus ualidam filiæ complexionem, duxi probum erraui, post cognoui & fugio cognitum. Reprehendit ne hac responsum pater filiæ rationem an confirmat, purgat factum suum an potius damnat? certe damnat se peccasse, confitens quod duxerit probum qui esset improbus. Hæc cum ita sint, tamen Ciceronis modestiam licet cognoscere, qui & nemine conuersione non utentem carpit, & non omnem complexionem uoluit posse conuerti: qualis est illa, si improbus cur uteris? si probus cur accusas? At Aulus Gellius uidetur sentire semper debere conuerti complexionem, ideoq; Plinium carpit quod complexionem quandam non uiderit posse conuerti. Nā quū de hac re in quinto libro disputasset iterū (ut est in materijs dissipatus) in octavo sic inquit. Plinius secundus existimatus est esse ætatis suæ doctissimus, is libros reliquit quos studiorum inscripsit haud mediis fidius usquequaque aspernandos. In his libris multa uaria & oblectandas eruditorum hominum aures ponit, refert etiam plerasque sentētias, quas in declamandis controversijs Iepide arguteq; dictas putat. Sicuti hanc quoque sententiam ponit ex huiusmodi conuersia. Vir fortis præmio quod optauerit doneatur, qui fortiter fecerat, petijt alterius uxorem in matri

matrimonium & accepit. Is deinde cuius ea uxor fuerat, fortiter, fecit repetit eandem, contradicatur, eleganter igitur & prouerbialiter ex parte posterioris uiri fortis, uxorem sibi reddi postulan sis, hoc dictum est si placet lex redde, si non placet redde. Fugit autē Plinium sententiolam istam quam putauit esse argutissimam uitio non carere quod grāce ^{Δικημα} dicitur, & est uitium insidiōsum & sub falsa laudis specie latens. Nihil enim minus conuerti ex contrario id ipsum, aduersus eundem potest, atq; à priore illo uiro forti dici, si placet lex, non reddo, si non placet, nō reddo. Hęc Aulus Gellius qui nullam in referendo dilemmate exceptionem adhibet iniusteq; Plinium reprehēdit, prior uir uxoris de qua agitur inquit ei qui sum optauit uxorem aī tibi placere legem, cur ergo non permittis me quoq; optare ex lege? aīs nō placere, cur ex lege optasti? inquis si placet lex nō reddo? istud non est, si placet lex dicere, sed si placet uxor. Placere enim legem aut non placere, est illam seruandam, aut non seruandam putare, idq; ab utrag; parte non quatenus dat tibi potestatem optandi alienam uxorem esse seruandam, quatenus dat mihi non seruandam. Nam quod respondes nō minus ineptum est quām cauillosum, si placet non reddo, si non placet non reddo, responde placet ne tibi lex? quod in dubium uocas uoluntatem tuam, certe aut placet tibi lex, aut non placet, fac ut quid tibi placeat aut non placeat, non ignoremus quin de animo ac de sensu tuo respondes? Esto ut placeat nō seruare legem, optare pōterō tuam uxorem ex lege, esto ut non placeat nō potuisti

potuisti ex lege quæ tibi non placet optare uxorem meam: falso igitur Aulus Gellius Plinium reprehendit, nec ut dignum erat illa eruditio sensit de antistrephonte siue conuersione: neq; id solum sed etiam in cognoscendis causis exercitatus non boni iudicis officio functus est, qui nec debitam præceptorū mercedem reddi uelit, nec ereptā uiro uxorem, neq; uero dissimulauerim nonnulla ratiōis specie inductos qui antistrephontem posuerē in præceptis. Siquidem quædā huiusmodi exempla faciem quandam præferunt argutæ uenustèq; comprehensionis, quale illud est. Philosophus quidā adiit regem atq; adorauit: deinde illi assedit addictus, dixitq; si deus es adorare te debeo, si non deo sed hō non debeo adorare. Grauis & digna uel regē uel sapiente uox. Ac ne philosophi quidem indigna se oratio, cur igitur eam reprehendit rex ac iure reprehendit idq; per antistrephontem? Non reprehendit rex orationem philosophi sed factū, nec uerba confutauit, ideo nec antistrephonte est usus. Cuius rei hæc probatio est quod si ille nec assedit regi ne adorasset, sed dubitans quid sibi agendum esset illa uerba dixisset haud dubie ab rege reprehensus non fuisset: fuisset autem si illa duo inter se contraria nulla adiecta oratione fecisset, est ergo regis sermo perinde ac si philosophus nihil fuisset loquutus & dilemmate non antistrephonte usus est, ut si dixisset aut homo sum aut deus. Si homo cur me adorasti? si deus cur mihi assedit, neq; enim interest in dilemmate an interrogatio ne utaris an non. Nonnunquam tamen orationē utiq; conuertere alterius videamur, ut si quis negat

get asperitatem cæli timendam, hac ratione quoniam si fuerit hyems non æstuabimus, sin ætas non algebimus: ita cum repellas antistrephonte, immo timenda est nobis asperitas cæli quoniam si fuerit hyems algebimus, sin ætas æstuabimus. Hic non refellimus alterius rationes, sed tanquam dimidiatas atq; inexpletas explemus, ut propemo dū est respondendum, hoc mō, fateor isthuc nō alsū ros nos si erit ætas, nec æstuaturos si erit hyems, sed si erit ætas nōne æstuabimus? sin hyems non algebimus uere dixisti sed imperfecte, & de toto dimidiū attigisti. Quomodo igitur reprehendi potest falsò loqui quem aduersari ius uerum dixisse cōfitetur, aut quomodo utitur conuersione qui rationes aduersarij nō cōuertit, sed explet atq; supplet.

Magnopere uerborum cōsideranda pōdera.

CAPVT X I I I .

Hacc persequitus sum longius, ut ostenderē maximos etiam uiros per incuriam loquendi esse lapsos. Ut ineptum sit uelle cōplecti omnia, à quibus caueamus aut ab ambiguis, aut obscuris aut fallacibus. Acuto est ingenio op^o eru diroq; ac subacto. Nam illa non docere quale non esse Aethiopem plane nigrum, quia habeāt dentes albos, sed dici posse album longe stultissimum est: Niger enim & albus homo uocatur à cute nigra albāue, ut equus à pilo, & avis à penna, nō autem dentibus, quia nec rubicundus, aut rubidus, aut ruber dicitur à lingua, hoc ineptum illud ineruditū, quod à discipulo fit præceptor, non autem statua, sed statua fit ex ære, quasi præceptor nō fit factus ex patre, ut statua ex ære, nec statua fiat ex lebete, & præ

& præceptore discipulo, quanquam in illis superioribus præceptor & statua sunt suppositum, in his uero appositū: quod æs fit ex lebete statua & quispiam fit ex discipulo præceptor. Nam illud calumnia non uacat, licet reprehensu facile mihi, ut dicēti præter phœnicē me omnē auem uidisse, sic contradicas, hanc auē quam sibi pallio teneo non uidi sti, ergo nō omnem auem, quasi ego de individuis auibus & non speciebus earū fuerim loquutus, & non ad meam qui loquor uolūtatem, sensumq; potius fit respiciēdum quam ad tuam interpretatiōnē calumniari uolētis dum ego ad consuetudinē doctorum loquor, reprehendi non possum. Quem si tu captionibus adorieris leges loquendi ac mores tanquā iura quædam ciuilia appellabo. In iure enim ciuili captionibus locus non est & si quid dolo malo gestum est, id rescindi iubetur & irriuum esse. Verum ut captionibus obuiam ire debemus, ita subtiliter inquire & uerborum ponda exanimare debemus: ut hostis uidit aut intravit urbem recte dicitur, etiam si ex parte uidit aut intravit. Aut hostis cepit urbem non nisi autem totam, aut ex maxima parte. Nam urbem cepisse Sabini non dicuntur qui capitolium, nec Porsena qui ianiculum, & partem transtyberinam cœperit. Sed Goths, qui totam urbem & Galli qui præter capitolium totam cœperunt. Itaq; si quis in hoc errauerit ab usu communī recedēs eum iure optimo notabim⁹ quale est illud quod alicubi est, in loco est, & quod in loco ē alicubi est: hic uidetur sibi aliqd dicere cum nihil dicat, perinde ac si diceret, quid usquam est, alicubi est, nam alicubi nihil est aliud quām

quām aliquo in loco & usquam non aliud quām
alicubi nisi quod solēcismus sit dicere, quod alicu-
bi ē usq̄ est, ut p̄ximo libro oñdi. Quid ergo dicit
qui dicit, qđ in aliquo loco est hoc in loco ē & qđ
in loco est, in aliq̄ loco est? Profecto nihil pro di-
uersis ponens quæ diuersa nō sunt. Ac ne quis ista
obesie non putet hac ex re magnum illic flagiti-
um admissum est, ubi de tempore disputatur, ut
uerbis Boetij utar. Tempus aut habet originem
aut non, si tempus habet originē non fuit semper
tempus, habet autem originem, fuit igitur quid
quando non fuit tempus. Sed suisse temporis si-
gnificatio est, fuit igitur tempus quando non fuit
tempus, quod fieri non potest. Non igitur ullum
principium temporis, redditur itaque ad alteram
partem quod origine careat. Quis huic propo-
nenti concedat, si tempus habet originem non fu-
isse semper tempus, cum semper & in omni tem-
pore idem sit. Quid enim absurdius quām dicere
tempus non fuit omni tempore, siue fuit tempus
quo non fuit tempus. Nam quādo idem est quod
quo tempore. Sed quid de quæstione dicemus?
utrum habuerit tempus originem an non? dicam
de hoc & si non plurimum ad rem facit. Si de æter-
nitate dei loquimur non habet originem tempus
ilud æternitatis, quia nunquam ortum est, origo
enim ab oriendo dicta est. Sin de mundi æuo habe-
bit originem tempus, tempus inquam uniuersum,
& ut sic loquar totum temporis corpus cuius ori-
go tempus est, id est, pars uniuersi t̄pis, sed ps pri-
ma ut in cæteris reb⁹ sit origo fluminis flumē atq;
principiū uiae uia est, principiū uitæ uita ē. Prin-
cipium

cipiū terræ, maris, ignis, solis, lunæ, cæli, aliarūq; rerum non aliud sunt quām terra, mare, aer, ignis, sol, cælum, & item cætera. Neq; audiendi quidam qui uolunt duo illa uerba incipit & definit habere tempus ante se ac post se. Nam actiones nostræ, ut nauigare, militare, disputare, scribere, loqui, ac cæteræ huiusmodi, habent ille quidem tempus, & priusquam incipiunt & postequam definiunt; & tempus earum habet aliud ante se tempus, & aliud post se, siue suum ante & suum post. At ipsum tempus uniuersale & (ut dixi) ipsum temporis corpus siue illud æternum, siue hoc mundanum non habet ullum mundanum ante se, uel post se tempus. Alioqui totum tempus non foret, sicut cælo nullus est ulterior locus, sed ipsum à se incipit & in se definit. At em dicimus ante tēpus quid erat. Quid mirum? at non dicimus supra cælū quid est, id sit consuetudine sermonis humani, qui non nihil etiam rationis habet. Nam supra cælum putamus aliquid esse, quoniam ut à sanctis literis habemus non unū cælum est & corpus Christi supra cælos ascendit, etiam ultra hoc mundanum tempus quod intelligimus est illud æternum ulterius, quod nos diuinamus quodāmodo ac suspicamur. Quia de tempore & cælo dixi, non omittam illud quod quidam aiunt, non placere mihi nos metiri magnitudine motus, tempus, & magnitudine temporis motum, quod quomodo fiat non uideo. Plurima sub huiusmodi, qbus se passim philosophi exercent in omni philosophiæ parte, plerunq; in uocabulis occupati, ut nonnunq; ad grammaticā mihi descendisse, immo in media grammatica uersari & ædifi

LIBER TERTIVS.

272

& ædificia sua uerbis, tanquam columnis fulcisſe
uideantur. Verum in hoc istos facile patior. Quid
enim melius quā arte grāmatica niti, præfertim
usu confirmata. Quo minus illos tolerare possum
qui etiam ab arte & ab usu deficients, uolunt esse
diuersa, uideo Platonem & Platonem uideo, mun-
dus fuit ab æterno & ab æterno fuit mundus, pos-
sibile est sedentem currere, & sedentem possibile
est currere: quasi hoc Aristoteles tradat quod nun-
quam ille sensit, nec qui eū interpretantur græci
sic interpretantur. Et sane quis unquam post ho-
mines natos, aut in scriptis aut in uerbis alicuius
hoc obseruauit quod isti nescio qui philosophi p̄ci-
piunt nescientes necessaria, consecantes inania.
Sed ne solos philosophos uelle fugillare uidear,
(quanquam hoc nunquā feci) sugillabo Ciceronē
in libris de oratore, ubi uult quendam fuisse om̄i-
um iurisperitorum eloquentissimum & omnium
eloquentum esse iurisperitissimum. Ut autem dī-
lemmate, ut usu quoq; comprobem quod præce-
ptis tradidi. Si distincti iurisperiti atq; eloquentes
& alij hi atq; illi, quomodo potest quis esse eloquē-
tissimus inter iurisperitos, quorum nemo nisi hic
est eloquens: aut iurisperitissimus inter eloquen-
tes, quorum nemo præter hūc est iurisperitus. Sin
indistincti, sed utrīq; sunt iurisperiti simul & elo-
quentes, qua ratiōe hic sit tantum alterorum elo-
quentissimus, alterorum iurisperitissimus & non
omniū eloquentissimus & idem iurisperitissimus?
Atqui talem Cicero non sentit, sed mediocrem &
iurisperitos antecellere eloquentia, & eloquentes
iurisperitia, uidelicet quia ab aliquo iurisperito su-

ſ pere

peret eloquentia, & ab aliquo eloquenti iurisperitia. Sed quis erit iurisperitus non eloquens: cum dicatur omnium iurisperitorum eloquentissimus, aut iste eloquens non iurisperitus, cum dicatur omnium eloquentum iurisperitissimus: si id sentit non id quod sentit loquitur, quoniam per superlativum (qui ad ea quae sunt eiusdem generis referit) loqui non debuit. Etenim si quis faber tignarius atque idem structor, comparatus ad eos qui sunt aut fabri tignarij, tantum aut structores, non dicetur fabrorum tignariorum eminentissimus, quia structores illi fabri non sunt, quinetia nec fabrorum eminentissimus faber, nec structorum structor eminentissimus quia talis non est. Quid si illi fuerint, ut hic & fabri & structores: certe non dicetur eminentissimus structorum faber tignarius, & fabrorum tignariorum eminentissimus structor, etiam si illorum pars minus belle struat & pars minus belle opus fabrile faciat: Quoniam utriusque utroque artificij nomine nuncupantur, & inter diuersa non habet locum comparatio superlationis. Idem alio in opere ait, tales igit amicitiae sunt remissione usus eleuandae, & ut Catonem dicere audiui, dissuendae magis quam discindendae (ut Catonis utar metaphora) Amicitia est duorum quasi pannorum consutio. Qua igitur ratione possunt hi panni separari nisi quae copulantur, id est, dissuendo? Nam si pannum unum alterumue scindas, tamen consutio manet. Melius si diceretur, filum amicitiae quod utrumque pannum necesse dissuendum quam scindendum potius esse, non autem duos pannos dissuendos potiusquam discindendos. Atque haec hactenus, libuit enim aliquatum

tulū euagari in fine disputatiōis syllogisticæ. Iam consequens est ut de inductione, sed nō ita multis uerbis differamus. Nam ueteres oēm probandi rationē in syllogismum & inductionē diuiserunt.

De exemplis præcepta ex Quintiliano.

CAPVT XV.

EA quoniam ab exemplis originem trahit, ex Quintiliano, quemadmodū de argumētis unde syllogismis origo est, p̄cepta repetimus. Ita hic quoq; ex parte faciamus, sic autem post illa quæ proximo libro repetiuimus persequitur hic autor. Tertium est genus ex his, q; ex intrinsecus addunda in causam græci *ταράσημα* uocat, quo nomine & genera liter usi sunt in omni similiū appositione, & sp̄cialiter in his quæ rerum gestarum autoritate nuntiuntur. Nostri ferè similitudinē uocare maluerūt, quod ab illis parabole dicit, hoc alterū exemplū quanquā & hoc simile est & illud exemplum. Nos quo facilius propositum explicemus, utrūq; parigma esse credamus & ipsi appellemus exemplū, nec uereor ne repugnare uidear Ciceroni, qui collationem separat ab exemplo. Nam idem omnem argumentationem diuidit in duas partes inductionem & ratiocinationem, ut pleriq; græcorum in *πρέλιγματα* *διχυρίματα* dixerūntque *ταράσημα* *ἐκρηπού* *ἐνεγωγήν*. Non illa qua plurimum Socrates est usus, hanc habuit uiam, cum plura interrogasset quæ fateri aduersario necesse esset. Nouissime id de quo quærebatur, inferebat, cui simile concessisset, id est, inductione, hoc in oratiōe fieri nō potest, sed qd illic interrogatur, hic ferè sumit, sit

igitur illa interrogatio talis. Quod est pomum generosissimum? nonne quod primū concedetur, q̄s equus qui generosissimus? nonne qui optimus? & plura in eundum modum, deinde cuius rei rogatū est quid homo, nonne is generosissimus qui optimus? fatendū erit hoc in testū interrogatione plurimum ualet. In oratione perpetua dissimile est, sibi enim respondet ipse orator. Quid pomū generosissimum? puto quod optimum? & quis equus? qui uelocissimus. Ita hominum qui nō claritate nascendi, sed q̄ uirtute maxime excellit. Omnia igitur ex hoc genere sumpta necesse aut similia esse aut dissimilia aut contraria. Similitudo assumitur interim & ad oratiōis ornatū, sed illa cum res exiget. Nūc ea quae ad probationem pertinent exequar. Potestissimum aut̄ est inter ea, quae sunt huius generis, quod proprie uocamus exemplum, id est, rei geste aut ut gestæ, utilis ad suadendum id quod intende ris cōmemoratio. Intuendum igitur totū simile sit an ex parte ut aut oia ex eo sumamus, aut quae utilia erunt. Simile est. Iure occisus est Saturninus fecit Gracchi. Dissimile, Brutus occidit liberos proditionem molientes. Manlius uirtutem filij morte multauit. Contrariū, Marcellus ornamenta syracusanis hostibus restituit, Verres eadē socijs abstulit. Et probandorū & culpandorū ex his confirmatio eosdem gradus habet, etiam in his quae futura dicemus, utilis similiū admonitio est, ut si quis dicens Dionysium idcirco petere custodes salutis suā, ut eorum adiutus armis, tyrannidē occupet, hoc referat exemplum, eadē ratione Pisistratū ad dominationem peruenisse. Sed ut sunt exempla interim

LIBER TERTIVS.

276

terim tota similia , ut hoc proximum, sic interim
ex maioris ad minora, ex minoribus ad maiora
ducuntur . Si propter matrimonia uiolata urbes
euersæ sunt, quid fieri adultero par est ? Tibicines
cum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt:
quanto magis principes ciuitatis , uiri & bene de
re publica meriti, cum inuidiae cesserint ab exilio
reducendi . Ad exhortationem præcipue ualent
imparia . Admirabilior in fœmina q̄ in uiro vir-
tus . Quare si ad fortiter faciendum accendatur ali
quis, non tantum afferrent momenti Horatius &
Torquatus, quantum illa mulier, cuius manu Pyr-
rhus est interfectus: & ad moriendum nō tam Ca-
to & Scipio quam Lucretia . Quod ipsum est à ma-
ioribus adminora . Singula igitur horum genera
ex Cicerœ (nam unde potius exempla ponamus)
Simile ē hoc pro Murena, etenim mihi ipsi accidit
ut cum duobus patricijs, altero improbissimo , al-
tero modestissimo atq̄ optimo uiro peterem, supe-
raui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam.
Maius minoris pro Milone, negant intueri lucem
fas esse ei qui à se hominem occisum esse fateatur:
in qua tandem urbe hoc homines stultissimi dispu-
tant: nempe in ea quæ primum iudicium de capi-
te uidit . M. Horati fortissimi uiri qui nondum li-
bera ciuitate, tamen populi Romani comitijs libe-
ratus est, cum sua manu sororem interfectam esse
faretur . Minus maioris, occidi non Spurium Meli-
um, qui annona leuanda iacturistq̄ rei familiaris,
quia nimis amplecti plebem uidebatur in suspici-
onem incidit regni appetendi & cætera . Sed eum
cauderet enim dicere quū patriam periculo lebe-
rasset

rasset) cuius nephandum adulterium in puluinari bus. Et totus in Clodium locus. Dissimile ex se plures causas habet: fit enim genere, modo, tempore, loco, cæterisq; per quæ ferè omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio videbantur facta subuertit. Contrario uero exemplo censoriā notā laudando Censorem Africanum qui eum, quem peierasse cōceptis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus si quis contradiceret nullo accusante, traducere equum passus est. Quæ quia erant longiora nō suis uerbis exposui. Breue autem apud Vergilium contrarij exemplum. At non ille satum quo te mentiris Achilles, Talis in hoste fuit Priamo. Quædam autem ex his quæ gesta sunt tota narrabim^s, ut Cicero pro Milone pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquus eius imperatoris interfectus ab eo est, cui uim afferebat, facere enim probus adulescens periculose, quam̄ perpeti turpiter maluit. Atq; hunc ille sumums uir scelere solutū piculo liberauit. Quædam significare satis erit, ut idem ac pro eodē. Negent enim posset Hala ille Seruilius, ut P. Nasica aut L. Opimius, aut me cōsule, senatus nō nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas eset, hæc ita dicentur, prout nota erunt, uel utilitas causæ aut decor postulabit. Eadem ratio est eorum quæ ex poetis fabulis ducuntur, nisi quod his minus affirmationis adhibetur. Cuius usus qualis esse deberet idem optimus autor ac magister eloquentiæ ostendit. Nam huius quoque generis eadem in oratione reperiatur exemplum. Itaq; hoc iudices nō sine causa etiā fictis fabulis doctissimi homines memoræ

moriæ prodiderunt, eum qui patris ulciscendi cau-
sa matrem necauisset, uariatis hominum sententijs,
non solum diuina sed etiam sapientissime deæ sen-
tentia liberatum. Illæ etiam fabulæ quæ & si origi-
nem ab Aesopo nō acceperunt (nam uideatur carū
primus autor Hesiodus) nomine tamē Aesopi ma-
xime celebrantur, ducere animos solent, præcipue
rusticorum & imperitorum, qui & simplicius que-
ficta sunt audiunt & capti uoluptate facile his qui-
bus delectantur consentiunt. Si quidem & Mene-
nius Agrippa plebem cum patribus in gratiā tra-
ditur reduxisse. Nota illa de membris humanis
aduersus uentrem discordantibus fabula. Et Hora-
tius ne in poemate quidem humilem huius gene-
ris usum putavit, in illis uerbis q̄ dixi uulpes ægro-
to cauta leoni. Græci uocant Ἀιωνὸς & Eiopus, ut
dixi, λόγους καὶ λογικῶν nostrorum quidam non sanè
recepto in usum nomine apologatiōem: cui con-
fine est παρομία genus illud quod est uelut fabel-
la breuior, & per allegoriam accipitur, nos no-
strum, inquit, onus, uos clitellas. Proximas exem-
pli uiires habet similitudo, præcipueq; illa quæ
ducitur citra ullam translationum mixturam ex
rebus penè paribus, ut qui accipere in campo con-
sueuerunt ijs cäditatis (quorum nummos suppres-
sos esse putant) inimicissimi solent esse, sic istiusmo-
di iudices infesti tunc erant reo. Nam parabole
quam Cicero collationem uocat longius res quæ
comparantur repetere solet, nec hominum modo
inter se opera similia spectantur, ut Cicero pro
Murena facit, quod si ē portu soluentibus, qui iam
in portum ex alto inueniuntur, prædicere sum-

mo studio solent & tempestatum rationem, & p-
donum & locorum (quia natura fert ut his fauea-
mus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti su-
mus ingrediuntur) quo tandem me animo esse
Optet, ppe iam ex magna iactatiōe terrā uidentē
in hunc cui uideo maximas tempestates esse sube-
undas. Sed parabola à mutis atq; etiam inanimis
interim huiusmodi ducitur, & quoniam similiūm
alia facies in tali ratione, admonendum dum est,
rarius esse in oratione illud genus qd græc i^leu^a
uocant in quo exprimitur rerum aut personarū
imago, ut Caſtius, quis istam faciem planipedis se-
nis torquens, quām id quo probabilius fit quod in
tendimus: ut si animum dicas excolendum, simili-
tudine utaris terre, quę neglecta sentes ac dumos,
exculta fructus creat. Aut si ad curam rei publicæ
horteris ostendas apes & formicas, quę non mo-
do muta sed etiam parua animalia, in commune
tamē laborare. Ex hoc genere ductum est & illud
Ciceronis, ut corpora nostra sine mente, ita ciui-
tas sine lege suis partibus, ut neruis ac sanguine ac
membris uti nō potest. Sed ut hoc corporis huma-
ni pro Cluentio, ita pro Cornelio equorum, pro
Archia saxorum quoq; usus est similitudine. Illa
ut dixi propiora, ut remiges sine gubernatore, ita
milites sine imperatore nihil ualere. Solent tamē
fallere similitudinum species, ideoq; adhibendum
est his iudicium. Neq; enim ut nauis utilior est no-
ua quām uetus, sic amicitia neque ut laudanda quę
pecuniam suam hominibus largitur, ita quę for-
mam. Verba sunt in his similia uetustatis & largi-
tionis, uis quidē longe diuersa pecunia quām pu-
dicitiz

dicitur. Itaque in hoc genere maxime queritur an si
mille sit quod infertur. Et in illis interrogationibus
Socraticis, quarum paulo ante feci mentionem, ca-
uendum ne incerte respondeas, ut apud Aeschinē
Socraticum male respondit Aspasia Xenophontis
uxor, quod Cicero his uerbis transfert. Dic milii
quaeso Xenophontis uxor si uicina tua melius ha-
beat aurum quam tu habes, utrum ne tuum an il-
lius malis illius inquit. Quid si uestem, ac ceterū
ornatum muliebrem praeceps majoris habeat quam
tu habeas, utrum ne tuum malis an illius? Respon-
dit illius uero. Agēsis inquit quid si uirum illa me-
liorem habeat quam tu habes, utrum ne tuū uirum
malis an illius? hic mulier erubuit merito male em
responderat malle se alienum aurū quam suū. Nā est
id quidem improbum. At si respondisset malle se
aurum suū tale esse, quale illud esset, potuisset pu-
dice respondere, malle se uirū suum talē esse, qua-
lis melior esset. Scio quosdam inani diligentia per
minutissimas partes ista secuisse, & esse aliquid si-
milius minus, ut similia homini et marmora deforma-
ta prima manu aliquid plus, ut illud non tam ouū
simile ouo: & dissimilibus inesse simile ut formi-
ca & elephanto genus, quia sunt animalia: & si-
milibus dissimile:

Vt canibus catulos similes sic matribus hædos.
Differunt enim ætate contrariorum autem acci-
pi aliter opposita, ut noctem luci, aliter noxia, ut
aquam frigidam febri, aliter repugnantia ut uerū
falso, aliter separata ut dura non duris. Sed quid
hæc ad præsens propositum magnopere pertine-
ant non reperio. Illud est adnotandum magis ar-
gumē

gumenta duci ex iure simili, ut Cicero in Topicis:
 Ei cui domus usus fructus relictus sit non restitu-
 rū heredi si corruerit, quia nō restituet seruū si is
 deceperit. Ex contrario. Nihil obstat quo minus
 iustum matrimonium sit mente coeuntum, etiam
 si tabulae signatae non fuerint. Nihil enim prode-
 rit signasse tabulas si mentem matrimonij non fu-
 isse constabit. Ex dissimilibus. Quale Ciceronis p
 Cæcinna, ut si q̄s me exire domo coegisset, armis
 haberem actionē, si quis introire prohibuisset nō
 haberem. Dissimilia sic deprehenduntur. Non si is
 qui argentum omne legauit uideri potest signatā
 pecuniam reliquisse, ideo etiam qđ est in nominī
 bus dari uoluisse creditur $\alpha\tau\pi\alpha\gamma$ quidā à simili se
 parauerunt. Nos eadem subiectam huic generi pu-
 ramus, nam ut unum ad decem, sic decem ad centū
 simile certum est, & ut hostis sic malus ciuīs. Quā-
 quam hic ulterius quoq; pcedere solent. Si turpis
 dominæ consuetudo cum seruo, turpis domini cū
 ancilla. Si mutis animalibus finis uoluptas, idem
 homini. Cui rei facillime occurrerit ex dissimilib;
 argumentatio. Non idem est dominum cum ancil-
 la coisse, quod dominam cum seruo. Nec si mutis si
 nis uoluptas, rationabilibus quoq;. Immo ex con-
 trarijs quia mutis ideo, irrationalibus. Adhibe-
 tur extrinsecus in causam & autoritas, hæc sequi-
 ti græcos à quibus $\alpha\pi\circ\sigma$ dicuntur iudicia aut iudi-
 cationes uocant, non de quibus ex causa dicta sen-
 tentia est (nam ea quidem in exemplorum locum
 cedunt) Sed si quid ita uisum gentibus, populis, sa-
 pientibus uiris, claris ciuibus, illustribus poetis, re-
 ferri potest. Ne hæc quidem uulgo dicta & rece-
 pta

pta persuasione populari sine usu fuerint testimonia. Sunt enim quodam modo uel potentiora etiā quod non causis accommodata, sed liberis odio & gratia & mentibus, ideo tātum dicta factaç; quia aut honestissima, aut uerissima uidebantur. An ue ro me de incommodis uitæ differentem non adiu uabit carum persuasio nationum. quæ fletibus na tos, lætitia defunctos prosequuntur, aut misericor diam commendabo iudici nihil proderit quod pru dentissima ciuitas Atheniensium non eam affectu sed pro numine accepit. Nam illa præcepta sapientum septem nōnne quasdam existimemus uitæ leges. Si causam ueneficij dicat adultera. Non M. Catonis iudicio damnata uideatur qui nullā adul teram esse ueneficā non eandem dixit. Iam senten tijs quidem poetarum non orationes modo, sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum, qui quamquam inferiora omnia præceptis suis ac literis cre dunt, repetere tamen autoritatem à plurimis uer sibus nō fastidierunt, neq; est ignobile exemplum, Megareos ab Atheniensibus cum de Salamine cō tenderent uictos Homeri uersu qui tamen ipse non in omni editione repetitur, significans Aiacem naues suas Atheniensibus iunxisse : ea quoq; quæ uulgo recepta sunt hoc ipso quod incertū au torē habent uelut omniā fiunt. Quale est, ubi ami ci, ibi opes: & cōscientia mille testes, & apud Ciceronē, pares aut (ut ē in ueteri prouerbio) cum paribus facillime congregantur. Neq; enim durau sent in æternum hæc nisi uera omnibus uiderent. Ponitur à quibusdā & quidē in parte prima deorū autoritas, quæ est ex responsis, ut Socratem esse sapien-

sapientissimum, id rarum est tamen utitur eo Cicerone in libro de Aruspicum responsis, & in concione contra Catilinam, cum signum Iouis columnæ impositum populo ostendit. Et pro Ligario cum Caij Catfaris causam meliorem, quod hoc dij iudi cauerint confitetur. Quæ cum propria cause sint diuina testimonia uocantur, cum aliunde accersuntur argumenta. Nonnunq̄ cōtigit iudicis quoque aut aduersarij, aut eius qui diuerso agit, dictū alii quod aut factum assumere ad eorum quæ intendimus fidem. Propter quod fuerunt qui exempla & has autoritates inartificialium probationum esse arbitrarentur, quod ca non inueniret orator, sed acciperet plurimum autem refert: Nam testis & questio & his similia, de ipsa re quæ in iudicio est pronunciant, extrahit nisi ad aliquam praesentis disceprationis utilitatem ingenio applicantur, nihil per se ualēt. Hæc Quintilianus quæ & in hoc & in superiori libro tanquam optima & absolu-
tissima, non modo quia necessaria erat ab illo sum psumus, sed etiam quia accommodata non solū dia lecticis atq; philosophis sed iuri quoq; ciuili & oī bus artibus, ac quotidiane communiq; loquendi consuetudini. Nam dialectici sic de hac re præcipiunt, atq; ea ponunt exempla, ut sibi solis canere (si modo canere & non strepere) uideantur. Nunc ad ipsam ascendamus inductionem, quæ ab exemplo (cuius præcepta uidimus) originem quemadmodum testati fuimus, trahit.

De inductione.

CAPVT XVI.

INDUCTI

Inductionem Cicero sic definit, & hoc pandit exemplo. Inductio est oratio quae rebus non dubijs captat assentionem, eius qui cum instituta est, quibus assensionibus facit, ut illi dubia quedam res propter similitudinem earum rerum, quib[us] assensit probetur: uelut apud Socratum Aeschinē demonstrat Socrates, cū Xenophontis uxore & cum ipso Xenophonte Aspasia loquutā. Dic mihi quæso Xenophōtis uxor & cætera. Aspasia autem sermonem cum ipso instituit: Quæso inquit Xenophon si uicinus tuus equum habeat meliorem, quam tuus est: tuum ne equū malis. quid si fundum meliore habeat quam tu habes, ut ne illius tandem an tuum fundum habere malis illum inquit meliorem scilicet. Quod si uxorē meliore habeat quam tu habes ut illius malis Adque hic Xenophon quoq[ue] ipse tacuit. Ab his & definitiōe & exemplo discrepat Boetius diuersam sectam sequutus, cuius hæc est definitio. Inductio est oratio per quam fit à particularibus ad uniuersalia progressio. In qua definitione tria maxime necessaria omittuntur quod isti apposito similiū: quod interrogatio, quod probatio. Nam possem sine probatione & similiū appositione ad uniuersalia progredi ut si dicam ego tu ille homo pisces animal. Quod autem de interrogatione non facit mentionē, hinc causa fluxit, quod magister eius & aliena euerteret: ut que ipse omnis sapientię auctor uidere, Socratum illum probādi morem per interrogationem, cum improbare non posset, nec probare uellet, non nihil commutauit & in superiectilem familiam que suam rededit. Veluti cum quis

qs equū furto sustulit recisa cauda, tōsisq; iubis, &
si fieri potest non nihil colore mutato, dissimilibus
phaleris et toto cultu à priore mutato, hoc agit, ut
suus equus, non furto sublatuſ esse uideatur. Sed
nos, cuius hic sit equus agnoscimus, & interpola-
tum potiusquam exornatum esse cognoscimus,
ideoq; sine interrogatione, negamus esse induc-
tionem. Nec proprium esse Boetij exemplum dicē-
tis si in regendis nauibus non sorte sed arte legi-
tur gubernator, si in regendis equis auriga non
sortis euētu, sed commendatione artis eligitur, si
in administranda republica non fors principem
facit, sed peritia moderandi similiaq; in pluribus
conquiruntur, infertur, & in omni quoq; re quam
quisq; regi & administrari grauiter uoleat, non for-
te accommodet sed arte rectorem. Vides quemad-
modum per singulas res ad uniuersale perueniat.
Nam cum non sorte regi nauim, currū, rempubli-
cam collegisset, quasi in cæteris quoq; sese habeat
uniuersale concludit hoc modo, non sorte ductum
sed arte præcipuū debere præponi. Hanc ego in-
ductionem esse non modo quia interrogatione
caret, nego, sed etiam quia à particularibus ad uni-
uersale progreditur, quod est contra naturam pro-
bationis. Non enim aliquot partes possunt colli-
gere uniuersum, quia nec aliquot milites uniuer-
sum hostium exercitum capere possunt, unū illo-
rum aut alterū fortasse capiēt. Nam quis admittat
probationem ex istorum inductione formatā?
Si omnes Romani albi sunt, si omnes Perusini, si
omnes Tyburtes, & ita in pluribus alijs populis,
ergo omnes populi albi sunt, atq; ut intelligat Boe-
tius

tius non se probasse quod uolebat, uniuersale in omni re nō arte præcipuum semper eligi debere, sed etiam esse sorti locum. Nam id quidam populi sapientesq; sensere quasi rem ipsam ad dei iudicium relegarent. Persæ & Medi sorte reges deligebant. Romani magistratus prouincias sortiebantur. Græci ad Troiam, quis nam cū Hectore dimicaturus singulari certamine esset, sortiti sunt. Ut prius Atheniæses fecerant, quinam ad Minotauri pugnam mitterentur. Et ut ad propiora ac magis probanda ueniam. Apostoli ad duodecimum collegam sorte deligendum deo permiserunt, & si ipsi duos præcipue obtulissent. Itaq; nulla est hæc appellanda uniuersi probatio, quia facile ac iure negari cōclusio potest. At si unum probare uelim ex pluribus similibus uerecundius est, faciliusq; admittitur idq; per interrogationem ne ui capere ui dear quod meum nō est, sed concessu alterius accipere & quasi blandiendo impetrare. Syllogismus à nolente etiam extorquet & reluctantem robore prosternit, omnesq; vires aduocat ac corpore toto pugnat. Inductio quasi astu fallit, nec ausa hostem complecti, eminus luctatur & pede, aut manu, aut genu, ad terram dare alterū captat. Syllogismus uniuersale signum adhibet, inductio particularia quædam quæ uniuersitatis speciem p̄beant. Syllogismus necessario colligit. Inductio uerisimiliter. Syllogismus ferè minus concludit q; ponit. Quid non & inductio aliquid minus quam proposuit concludat? Talis itaq; fuerat futura illa Boetiana inductio, in regendis nauibus quis legitur gubernator, nōne qui arte excellit cōcedere?

In re-

81. LAVENTII VAL. DIALE.

In regēdis curribus quis eligitur utrūmne commē datione artis, scilicet, & alijs similibus enumeratis quæ loco sunt primæ partis propemodum uniuersalis. Tum assumet quid in ministranda republica id est, nōne hoc est simile superioribus? tū conclusio nōne iudicio potius q̄ sorte deligendus est principes. Nam induc̄tio ēā fermē naturam habet quā syllogism⁹, ut fit in illo Quintilianī exēplo. Quod est pomū generosissimum & c. locū obtinet appositionis tū assumptionis id ut ipse Quintilianus ait, cuius gratia rogatum est, quid hō, tū conclusio nōne is generosissimus qui optimus]. In conclusione aut ueluti abstinere possum⁹ interrogatiōe. Nam si interroges & aspectes alterius responſionē, forte non obtinebis illo tergiuersante. Procul igitur ab inductione absunt hæc quorundam exēpla, hoc non est bipes, non quadrupes, non uolucrē, non reptile, enumeratisq; si quæ sunt aliae speciebus animalium. Addunt (& hæ sunt omnes species anima lium) deinde concludunt ergo hoc non est animal, non est hæc à particularibus ad uniuersalia p̄ gressio, quia particularis cōcluditur, hæc induc̄tio nis forma, sed syllogismi illius quem superius dixi à peripatecis omissum: quæ si reducatur ad peripateticam ita dicetur, species animalium oēs sunt bipes, quadrupes, uolucris, reptilis, aquatilis, hoc ē nulla illarum est, ergo non est animal, eritq; syllogismus in baroco. Quidam præmittūt nō nihil enumerando dicētes, Socrates philosophus legit, Plato philosophus legit, Xenophon philosophus legit, & ita de singulis, ergo omnis philosophus legit, hoc stultū est dictu, & ita de singulis. Nā si hoc constat

constat & aduersarius concedit quid attinet conclude
re ergo ois philosophus legit, id est, ergo singuli phi-
losophi legunt, ideoq; uidentur hos alij emēdere qui
dicunt & hi sunt omnes philosophi, ne hi quidē stulti-
tia uacant, qui cum hoc dixerent, concludunt ergo oes
philosophi legūt: qui syllogismus & si perplexus, ta-
men factus est ad formam ad quam superior. Et qui
hoc modo in peripateticum reducatur hi legētes sunt
omnes philophi, Socrates autem & Plato & Xeno-
phon sunt hi legentes, ergo sunt philosophi omnes
eritq; unus ex his modis quos ipsi adiecerint. At ne Ci-
ceronis quidem quod posuit uidetur mihi inductiōis
exemplū, cuius haec uerba sunt, ergo in hac causa quæ
apud Gr̄cos est peruagata cum Epaminūdas Theba-
rum imperator, ei qui sibi ex lege pr̄etor successerat,
exercitum non tradidit, & cum paucos ipse dies con-
tra legem exercitum tenuislet Lacedæmonios penit⁹
uicit: poterit accusator argumentatione uti per indu-
ctionem cum scriptum legis contra sententiā defen-
dat ad hunc modum. Si iudices id quod Epaminūdas
ait legis scriptorem se fecisse adscribat ad legem, & ad
dat hanc exceptionem extra quam si quis reipublicæ
causa non traeliderit patiemini! Non opinor, quid si
uosmetipsi quod à uestra religione & sapientia re-
motissimum est, istius honoris causa hanc eandē exce-
ptionem ut iussu populi ad legem ascribi iubeatis. Po-
pulus Thebanus id ne patietur fieri: profecto non pa-
ritetur. Quod ergo ad legem ascribi nefas est, id sequi
quasi ascriptū sit rectum uobis uideatur: noui uestrā
intelligentiā, non potest ita uideri. Quod si litera cor-
rigi neq; ab illo, neq; à uobis scriptoris uoluntas po-
test, uidete ne multo indignius sit id re & iudicio ue-
stro mutari, quod ne uerbo quidem cōmutari potest,

t nullæ

273 nullæ enim sunt hic similitudines, sed de ipsa eadē le-
ge argumētum, ut Cicero sentit à minori. Q̄ si hanc
exceptionem nō liceret ascribere ergo nec asserre &
quia alia similia non habet Cicero de iuuene loquor.
non de sene in eadem ascribendā exceptionis inuen-
tiōne uersatur, & quodam mō uacillat: nunc eam Epa
minundā assignans, nūc iudicibus cū debuissē dicere,
si uos patiemini ascribi & addi exceptionem, non aut
si iubeatis ascribi, idq̄ in iussu populi. Itaq̄ ut argumē-
tum geminatum est, ita conclusio, quod enim differt
quod ergo ascribi ad legē nefas est, id sequi quasi ascri-
ptū sit rectum uobis uidetur: ab illo quod si h̄eres cor-
rigi neq; ab illo, neq; à uobis scriptoris uoluntas po-
test hoc nihil aliud est, quā id, quod ergo ascribi ad le-
gem nefas est. Item uidete ne multo sit indignius id
te & iudicio uestro mutari, quod ne uerbo quidem cō-
mutari potest, hoc nihil aliud est q̄ id rectum uobis
uideatur, noui intelligentiam uestram non potest ita
uideri. Cicero tamen uiderit quomodo derogetur ma-
gis legi, si iudices semel eam interpretentur q̄ si exce-
ptione ipsius interpretatiōis ascribatur. Hoc autem in-
ductionis exemplum nihil habet tantopere inductio-
ni cognatam, q̄ crebram interrogationē cum sua sub-
iectione. Quod ut euidentius fiat, utar in hac ipsa cau-
sa quantum res patititur inductione, neq; enim ubiq̄
ea uti possumus ac ne hic quidem satis commodē, sed
tamen ostendendā ueræ inductiōis gratia id faciam.
Si quis iudices leges quibus h̄ec ciuitas contineatur
de magistratibus creādis aliter interpretaretur ac cō-
suevit communis opinio, & magistratus ad uerba le-
gum rite creari neget, quod aliud senserit legum la-
tor q̄ quod scripsérunt nunquid id fieri pateremini? nō
opinor. Quid si leges de hominibus premio poenāue
afficiendis

afficiēdis aliter accipiat, atq; accipere solemus, & diu
factitatum est, revocetq; in dubium transacta premia
suppliciaq; pateremini ne id fieri adduci non possum
ut credam. Quid si uerba quibus uel uota concipimus
uel supplicamus uel sacris iniciamur aliter interpreta
ti conetur q; nos sentimu, spateremini ne id fieri noui
uestram religionem ac sapientiam non pateremini.
Quid autem de tradendo exercitu imperatori nouo,
si quis dicat secus accipiendam legem, q; uerba loquū
tur ipsa, & interpretur eam sentire ac uelle dicere, p-
terq; si uetus imperator non putet ex usu reipublicæ
esse nouo imperatori tradere exercitum: pateremini
ne hanc exceptionem & tantam aperiri ad euerten-
das leges ianuam, & tantum licentiæ hominibus da-
ri, & ipsos legumlatores tanq; imprudentes accusari:
ut facit Epaminundas legum antea ruptor, nunc cor-
ruptor. Si noui iustitiam seueritatemq; uestram non
patiemini. Hoc autem quod pro inductiōe attulit Ci-
cero exemplum recte particolare conclusit non quod
Boetius uult uniuersale, licet ille non diffiteatur par-
ticulare quoq; posse concludi inquiens. Sæpe autem
multarum collecta particularitas aliud quoddam pt̄
culare demonstrat, si neq; nauibus, neq; curribus sorte
præponuntur, ne rebus quidem publicis rectores for-
te ducendi sunt, hoc ego fortiter negauerim esse indu-
ctionem. Boetius, quia duo similia insunt, putat esse
inductionem, sin unum sit putat exemplum quasi bre-
uem inductionem, ut enthymema est breuis syllogis-
mus uidelicet exemplum ducere originem ab induc-
tione quod è contrario est. Ut enim syllogismus originē
ab arguento dicit, ita inducțio ab exemplo, & ut il-
le est argumēti eloquutio ita hæc exempli & ut syllo-
gismi ita inductionis dici pōt enthymema, de q; nunc
consequens est aliqd dicere.

CAPVT. XVII.

ENTHYMEMA philosophi quando ipsi utuntur, in perfectum syllogismum, quando apud oratores inueniunt, rhetoricum syllogismum vocauerunt: scilicet putantes aut nunquam uti syllogismo oratorē, aut uti non posse. Quod si oratores frequenter utūtūr enthymemate saepius quod uerisimiliter quā necessario colligunt profecto. Et epicherematis enthymema erit, q̄ est credibilis quodam modo syllogismus. Si epichere matis, quid nō & inductionis, cuius hoc sit exemplum, an tu pomum, uinum, equum, si optima fuerint genē rosa confitebere, hominem optimum non eundem generosum confitebere: item nauibus ne & curribus forte præponendos rectores negabis? rebus publicis rectores sorte præponendos dices. Boerij autē hæc sunt uerba. His duobus uelut principijs & generibus argumentandi, duo quidā alij cōprehenduntur argumentādi modi, unus quidem syllogismo, alter uero inducione suppositus, in quibus quidem promptum sit cōsiderare quod hic quidem à syllogismo, ille uero ab inductione ducat exordium, nō tñ aut hic syllogismum, aut ille impleat inductionem. Hæc autem sunt enthymema atq; exemplum quorum utriusq; subiicit distinctionem quas ego omitto, cum ille Quintilianī definitiones præstent. Nam exemplum quid sit apud eum uidimus de enthymemate. Idē alio in loco ita ait: enthymema & argumentum ipsum, id est, rem quæ imputatione alterius adhibetur, appellant & argumentū eloquitionem eam non (ut dixi) duplicem ex consequentibus quod habet propositionem coniunctamq; ei protinus probationem quale pro Ligario. Causa tū dubia quod erat aliquid in utraq; parte quod probari posset

posset, nunc etiam melior iudicanda est quā dij adiuue
runt, habet enim rationem & propositionem, non ha
bet cōclusionem, ita est ille imperfectus syllogismus.
Ex pugnātibus uero quod etiam solum enthymema
Quidam uocant fortior multo probatio est: talis est Ci
ceronis pro Milone, eius igitur morte sedetis ultores
cuius uitā si putatis p uos restitui posse nolitis. Quod
quidem etiam aliquando multiplicari solet, ut est ab
codem pro eodem reo factum. Quem igitur cum aliq
gratia noluit, hunc uoluit cum aliquorū querela: quē
zare, quem loco, quem tpe non est ausus, hunc in iniu
nia, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitī
non dubitauit occidere. Optimum autem uidetur en
thymematis genus, cum proposito dissimili uel con
trario ratio subiungitur, quale est Demosthenis: Nō
enim si quid unquam contra legem actum est, idq; tu
es imitatus, idecirco te cōuenit pena liberari, sed ē con
trario damnari multo magis. Nam ut si quis eorū da
mnatus esset, tu hoc non scripſiſſes, ita damnatus tu si
fueris nō scribeſt alius. Paulo post id em. Quintilianus
ita inquit: Enthymema ab alijs oratori⁹ syllogismus,
ab alijs pars dicitur syllogismi, propter quod syllogis
mus utiq conclusionem & propositionem habet, & p
omnes partes efficit quod proposuit. Enthymema tā
tū intēta intelligi cōtentum sit. Syllogismus talis solū
bonum uirtus. Nam id demū bonū est quo nemo mal⁹
uti potest, solū ergo bonū uirtus. Enthymema ex con
sequentibus, bonum uirtus, qua nemo malus uti pōt:
& contra non est bonum pecunia, nō enim bonum, p
quisq male uti potest, pecunia pōt quis male uti non
igitur bonum est pecunia, qua quis male uti potest. Si
pecunia quæ est in argento signato argentum est, qui
argentum omne legauit & pecuniam, quæ est in argē
to si.

277 **t**o signato argentū autē oē legauit, & pecunia q̄ est in argēto signato legauit: legauit igit̄ habebit formā syllogismi. Oratori satis est dicere cū q̄ argentum oē legauerit, pecuniam quoq̄ legauit quæ eit in argento. At Boetius et si egregius rum philosophus tū orator, tñ in philosophos propensior, & ob id reprehendens Ciceronem tanq̄ de locis argumentorum non absolu re loquutum ponit exemplum enthymematis ab usu oratorio abhorrens, atq̄ adeo à communi hominū intellectu, id tale est, homo est animal, substātia igit̄. Simile est quo alijs utuntur omne animal currit, ergo omnis homo currit, hunc ego si enthymema est (nam multis modis enthymema dicitur) potius appellari imperfектum syllogismum, q̄ rhetoricum siue oratorium syllogismum. Nam & imperfecta argumentatio est, & nemo fere sic loquit orator, sed sic potius: Quoniam animal currit, profecto omnis homo quæ anima lis est species currit: & cum omne animal sit substātia, homo quoq̄ substantia erit qui est animal.

Peroratio.

HAEC habui de dialectica repetitis altius ex philosophia principijs, quæ traderem. In quibus libris alijsq; multis (ubi semp̄ mei sum similis) adeo non fui cupidus rerum nouarum, gloriæq; ex aliorum suggestione, ut non ignorem maximam mei fecisse aeternam & famam & ob id fortunarum. Quātum enim mihi uel imperitorum uel malignorum (nam quis lingua coercent) uel inuidorum obtrectatio obfuit ad assequendos honores, taceo periculū uitæ. Quanquam nō minor domi q̄ foris molestiae causa, necessarijs me assidue monētibus, castigantibus, conqrentibus quod dignitatis ampliandæ rationem nō haberem ac ne lauitis quidem, incurrere enim me libenter in reprehēsione

279

sionem atq; in odio hominum. Quibus rebus, quanto
pere angar, ex suo ipsius animo cōiecturam quisq; ca-
pere potest. Sed solatio mihi atq; consolationi est, cū
multorum exemplum, qui huic tēpestati atq; his flu-
ctibus minime cedendum putauerunt, tū rectū laudā-
dumq; ppositū: ut qui mihi sum conscius in hoc ueluti
cāpo atq; mari, p Christiana me dignitate pugnare,
& quasi republica, siquidē, p republica Christiana pu-
gnare est cōtra q̄scunq;, p ueritate in acie stare. Proin-
de q̄libet me mordeant, spolient, uulnerent, postremo
interimant, certum est mihi omnia pati. Et si pulchræ
est pro ueritate laborare, profecto pulchrius pro illa
periculum adire. Adibo itaq; periculū & si opus erit,
occumbam potius q̄ signa deseram. Sed occubentis
gloria (si modo rem dignam memoria cōponimus) q̄-
tidie surget, cadente moriētēq; inuidia. Neq; enim pa-
rum gloriæ iam apud bonos & doctos nobis cōpara-
uimus. Haud tñ, quod ad hunc labor noster finem ten-
dat, sicut paulo ante testatussum, quo nomine etiā ma-
iorem merebitur laudem, quod non modo gloriā fu-
zuram, sed (quod facilius est) præsentem quoq; non cu-
rat infamiam. De quo quidem minime demiror, cum
sciam nullam ueritatem, nullamq; tam ueram opinio-
nem, cui non diuersa cōsuetudo & diutinus hominum
error (respice mō ad religiōis nostræ primordia) ob-
luctetur. Verum imperator noster deus, milites suos
ex acie fugere nō uult, sed aut uincere aut strenue for-
xiterq; pugnantes mortem oppere, nō enim ipsis pe-
reuntibus ueritatis gloria perit, sed uiuit, sed uincit,
sed illo piissimo cruce sanctitur, atq; consecratur.

F I N I S.

AD CANDIDVM LECTOREM.

Si eoslibitum sit enumerare, studiose lector, qui dialectici
scam, uel conscripserunt, uel conscripta, partim illustra-
runt, partim onerarunt commentarijs, uereor meher-
cules, ne tibi uidear, mortuo (quod aiunt) uerba facturus. Ci-
cero pernegat tantundem sibi temporis fore, etiamnum per
duplicata ætatē, quo cū dialecticos, tū Lyricos poetas legere
possit. Quod si ea ætas usq; adeo dialecticoru ferax fuit, quis
non putabit interim tot sæculorum curriculis multo uberior
rem numerū succreuisse? Neq; id quidem immerito: *Quis em*
non optarit habere rationem, ne scilicet à uero aducatur, ne
cui falso assentiatur, neue captiosa fallatur probabilitate: &
ut ea quæ de qualibet re asserit, sustinere tueriq; possit: quæ
plane omnia, illa ueri & falsi disceptatrix & iudex dialectica
pollicetur. Cæterum quo fertilio semper dialecticorum pro-
uentus fuit, hoc multorum saltem fructus, uel tardius matu-
rit uel emarcuit citius. Zenon ille, à quo cœpit disciplina
Stoicorum: omnem uim loquendi in duas distribuit partes,
Dialecticam, manus in pugnum compressæ: Rhetoricam ex-
plicitæ, simile esse dicens: quod latius loquerentur rhetores,
contractius dialectici: Aristoteles quoq; testatur rhetoricam
esse ἀντίφορη τῆς διαλεκτικῆς. Quandoquidem (ut illius uerbis
*utar) πάντες τρόποι πάντα μετέχουσιν αὐτοῖς. Quocirca illi mihi
uidetur inauspicato dialecticā tradere, qui rhetorices inte-
rim præcepta, uel negligunt, uel omittenda arbitrantur. Ho-
rum procul dubio temeritate fit & inscitia, ut plæriq; adul-
escentes haecenus à philosophiæ atq; adeo dialectices studio
abhoruerint: & nunc quoq; ueluti conspecto angue procul
abcedant. Nam illi præceptores (ut Isocrates ait) τολμῶντες
διὰ επιρομένως ἀλογονεύεται, πατοῦντες οὐτε λοκεῖν, οὐ μενον βο-
λεῖν, οὐ διαβαυμένην αἴρουμενος τῷ πόδει πάντα φιλοσοφίαν διατρίβεται.
Laureñ. Valleñ. eo artificio dialecticoru tibi leges præ-
scribit, ut dū eas legis, nō inter Aristotelis & Chrysippi spine-
ta te diuersari existimabis, sed in Demosthenis & Ciceronis
amoenissimis hortis: eo ordine pstringit, ut scrupulosis que-
stionibus dimissis, quas subtilius est contempsisse quam sol-
uere, facile perspicias, quid in unaquaq; re sit intimum, quid
externum, quid accidat, quid antecedat, quid sequatur, quid
affine*

affine sit & finitimum, quid contrarium & aduersum. Ex
deniq; fide enumerat, ut non adytum contentionis tibi aperi-
at, sed proponat examen ueritatis: non eam te artem doceat,
quæ (ut apud Ciceronem Antonius meminit) in excogitan-
dis argumentis muta nimium sit, & in iudicandis nimium lo-
quax: sed quæ in refellendo falso arguta, & in contemplan-
da ueritate perspicax. Itaq; si dialecticam fœliciter uoles per-
discere, Laurentium coemito: coemptumq; nocturna ueratio
diurna . Vale.

Ar. Vesa.

Ἐκτιωρ ἡδεπής, θιαλειπτός ἐστι πανδργο-

ησί καλ' ἐξ ἀμφορίης οὐθεα βιβλος ἔχει.

INDEX VERBORVM ET RERVM QVAE
in his Laurentij commentarijs digna cognitu-
uisa sunt.

A	Ccidens	77	Antistrephon	ca. 1.; li. 3.
	Accusatio	92	Apodixis 196. Appietas	28
	Actio	89	Arabes sophi.	5
Actor	90. Actum	89	Archytas	9
Adiectiva incōparabilia	114. ἀρέτη	114	Aristoteles carpitur	16.43
Aduerbia	141. & 146			
Aequiuocum		132 69.104. ; 84.		
Aequum		23	Aristotelii addicti	
Aer ca. 11. li. 1. Aetas		200	Aristotelii aia mortalis	44
Affectus		54	Aristotelii cur non ubiq; assen-	
Affirmativa enunciatio		131	tiendum	4 & 5
Agrippæ 2;4. Album		20	Argumentationib; c. 23. li. 2	
Aliquando Aliquid		13	Argumentatio	222
Aliquis		142	Argumēta uarie ducta c. 23. li. 2	
ἄλογα		52	Argumentorum loci	199
Amor 6; Anima ca. 9. li. 1		Argumentum		197
Animi natura		200	Argumentū à circūstantijs	200
Animæ partes		46	Auicenna Auerrois	5
Animal ca. 9. li. 1	Animus 46	A. Gellius		81 & 2. 66
Ἄνθρωπος		182	Autor	90

Autoritas deorum	282 Corpus. 36 & ca. 11. li. 1 & fo 100 κύριον
B	28 Credulus. 167. Crepusculū 116 ibidem. Cunctus 240
Beatitas	18 Daemon 44
Beatitudo	4 Decorum. 68.
Bene agere	68 D
Bene	18 Dæmon 44
Boetij laus	4 Decorum. 68.
Boeti preprehendit 8. 27. 56. 117	Definitio. ca. 20. li. 2
Bombarda	72 Deitas. 27 Delectatio 69
Bonum	18 & 23 Denominatiuum 132
Bruta habere rationem	51 Descriptio ca. 20. li. 1
Bruta non habere rationē. 49	Deus 148. 41
C	Dialectica quæ sit & unde di-
Caducum	26 catur ca. 1. li. 3
Cæcus	18; Dialecticæ in discendo facil-
Calor unde sit in rebus mo-	tas 123
tis	70 Dialeticus quid à rhetore dif
Casus argumentum	204 ferat præfatio li. 2
Cathhypotyposis	214 Dies 108 Differentia 122
Casus	109 Dilemma ca. 13. lib. 3
Caussa 202	Cautus 61 Dispungere. 162 Diuisio 202
Cautio	ibidem. Docilis 167 Dolus bonus 57
Cerno	132 Alvoratis 89
Charitas spes &c.	63 E
Cicero carpitur, 63. 261. 263. 288. Ecbaſis	212
Coaceruatio	li. ; ca. 12 Educatio & disciplina 200
Cœlum 69	Cognomen 132. οὐλοῦ 66
Comparatiua	212 Elementa 10 Empedocles 71
Compositum	ca. 12. li. 1 Ens 11 & 12 Energia 89
Concreta	ca. 3. li. 1 ἐντελέχεια 89 & 91 & 275
Consilia	201 Entitas 26 Enthymema 196
Consuetudo	10. Enunciatio 129
Contemplari	44 Enunciatio modalis ca. 19 li. 2
Contingens.	184 επιχείρησις 209
Contingenter	188 Epicherema 196
Contrariæ	ca. 14. li. 2 Equi boni qualitas 9
Contradictoriæ	ca. 16. li. 2 Essentia 9 & ca. 5. li. 1
Copula	150 Etymologia ca. 20 li. 2
Cor animæ sedes	52 ιντημάτην 63

Εὐπάξια	ibid.	Indefinita enunciatio	139
Εὐηπάξια	ibi.	Individuum	122
Εὐτάχεια		68 Indocilis	167
Exemplum		273 Inductio	li. ca. 16
		In potentia esse	39
	F		
Fabula 273	Fides	63 In particula composita quid	
Figuræ primi modi		232 differat à non	ca. 9 li. 2
secundæ 238	tertiae	239 In iustus & non iustus	li. 2 c. 2
Finis 305	Finitio	ibi. Instinctus 50	Intellectus 55
Forma ca. 12 li. 1	Fortitudo 61	Inuentio	126
Frigida 25	Frigus æris	71	
			L
Fruitio 66	Frugalitas	125 Labor	92
Frugi		ibi. Laboratum opus.	163
	G	Largus	61
Celida		25 Lentulitas	28
Genus		10. 37. 122 Lentulus	ibidem.
Generalissima		10 Linea	101
Græcum uulg⁹ græcc^c loque-	batur	Literæ	89
Græc^c lingua^e ægestas		6 Locus	174. 192
	H	161 Locus ut argumentum	202
Habere		Loci è Quintilio ca. 20 li. 2	
Habitus		95 Logica unde dicta	122
Hamadryades		200 λόγος	92
Hilum		43 Longitudo 101	Lycæum 104
Homo quo à brutis differat 51			M
Horatius carpitur		21 Magis & minus	112
Humanitas 27	Humor	76 Malum	23
Ἴπαξία		35 Malus	183
Ἴπαρξία		ibi. Materia & forma & totum	
Ἴπόστασις		29δ. 33 quod dicunt compositū	76
Hydra		42 Mediocritas	59
Hypotheticus syllogismus 242	Medium inter quæ sit capite-		
	1	9 libri 1.	
Ignis		Medium uirtutum	86
Illaboratum opus		167 Memoria	49
Impossible		184 Modos longe plures posse da-	
Incredulus		167 si quām dentur	li. ca. 19
Incipit & desinie		Modi significandi indesto-	

Momentum	168	Partes ponderis	168
Motum non esse causam calo ris in Aristo	69	Participiū	21
Motus 93.	Motus spēs	42 à Patria	134
Mundus		42 Passiva uerba	200
mundus		154 Pati	109
N		Peripatetici præfatio	11.1
à Natatione argumentū	200	à Personis argumenta	200
Natura	90 πρᾶγματις		215
Negotiua enunciatio	133	Petrus Hispa. male descripsit	
Negatio composita	ca. 7 li. 2	dialecticam & originē du-	
Negationū malus usus c. 11 li. 2	xit 221	Pharmacum 55	
Nego 133.	Negotium 16	Philosophi nomen	3
Nemo 141	Necesse modus 188	Φωνή	21
Nescio & ignoro	139	Φωνὴ	ibid.
Nihilum	141	τίτισις	197
Nimium & paucum	65	Plotonitas	28
Noīa in bilis	90 τλούσθη		32
Non in compositione ca. 9 li. 2	Pondus 80	Possibile 184	
Non non 163.	Nonnullas 176	Porphyrius 36.118	Pos 94
Nutilus 124	Numerus 109	Prædicamenta an recte dicantur	
Nunc	108	tur & quot sunt ca. 1 & 3. li. 1	
O		Prædicatum	150
Occasio	109 τρόπημα		16
Odium 66.	Omnes non 148	Prisciani error	24.118.142
Omnis	140	Priuatio an sit principium	78
ὅντως	14	Prius & posterius	107
οὐκόνυμον	132	Probatio artificialis ca. 21 li. 2	
Oppositio enunciatioum		Prodigalitas	62
Oppositio maior	116	Profunditas	100
Oppositio nō est quadruplex		Propositio	223
cap. 18 li. 2	Orator 127	Proprium ca. 20. li. 1. & fo. 206	
Oratio	ibid. & 129	Prudentia	53
δυσία	9. 29. 52. 33	Punctum	102.103
δυστις	154	Pythagoras	3
δύνης	16		
P		Quale nomē nō aptē queri 118	
Papa	88	Qualitas	74
πατρόνυμον	132	Qualitates sensibiles	79 & 66

Quantitas continua	80	Splendor	92
Quando 109	Quantus	97 Stoici 4 Studio	200
Quies		93 Subalternæ [ca. 17 li. 2	
Quisque quod	24 & 25	Subcontrariae ca. 15. li. 2	
Quidam quispiam	144	Subiectum 130	
Quin 134	Quilibet	144 Substantia 29	
Quintilianus laus		125 Substantiae distributio ca. 1. l. 1	
Quisquis quisquam	140	Sum 49	
Quotus		97 Superficies 101 & 102	
Quotitas	ibidem.	Superlatius 113	
		Suppositio 275	
	R		
Ratio		222 Suppositum 33	
Ratio in brutis		51 Syllogismus 225	
à Rebus argumenta		201 Syllogismi partium ordo ca.	
Requies 93	Res 14 & 15	2. li. 3.	
Rex		Syllogismus per totum & par-	
Rhetorice quid à dialectica		tem ca. 6. li. 3.	
differat præfatio 1. i. 2		Syllogismus usquequaq; par-	
Rhetorice		203. ticularis & uniuersalis c. 5. li. 9	
	S	συνώνυμον 132	
Sacrum	20		T
Sapientia 33	Sensa	75 Tactus 80	
Sidera		69 Tempus 109	
Signa	ca. 5. li. 2	Tempus an inceperit	
Signa probationum ca. 21. li. 2		Tempus an metiatur motu	
Signa sigularia	ca. li. 2	Tempus argumentū 203	
Simile & dissimile	275	Terminus 131	
Singularis enunciatio	164	Terminus deus 52	
Situm esse	95 τηρητόθες	66	
Somni natura	256	Transcendentia 10 & 11	
Somnorum genera	256	Tunc 108	
Soni natura	III		V
Sonus	83	Vacuum 109	
Sophistæ nostræ tempestatis 6	Velle & non nolle	152	
ἔργος	247	Verbalia 92	
Spatiorum nomina	107	Verba qualitatis & passionis	
Species	17, 122	92	
Specialissima		10 Verbū nō resolui in suū parti	
Spiritus	cap. 3. li. 1	cipiūm 160	


Verum 17	Vim uī. 2; Vſia	
Virtus	ca. 10 li. 1 Vſus uerborum autor	17
Viſus quomodo fiat	110 Vtis.	154
Vilus 142	Vinum 16 Vulgus græcorum græce lo-	
Vniuocum 132	Voluntas 52 quebatur	6
Voluptas	Vox unde 84 Z	
	{ wſiū	41

F I N I S

E R R A T A .

Pagina 6. uersu. 19. lege quod. pagina 11. uersu.
 29. ouer pag. 22. uersu 2. lege chryſtalleum, &
 ſimiſter illud quod præceſit pagina 32. uer-
 ſu 14. le unde. pagina 34. uersu 18. ἀτελέχειν
 pag. 47. uer. 4. lege: ἴδια πομοσ pag. 35. uersu 12.
 lege conum. pag. 75. carmen Homericum ſic lege
 ἀλλ' ὅμηις μὴ τάρτος οὐδεὶς γὰρ γένοιται
 pag. 196. uers. poſtre. ἀποδιſſει pag. 272. uers. 22.
 leg. improbandis pag. 261. uer. 19. charybdi. pag.
 287. uers. 16. lege κίνοι.








22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000


acem et
e duocen
tuorem
pupilli
belut et
lum qui
o Roma
perato
incipit
clusus


gine et
caen
i deo et
ptuli
sueru
ria de
muis et
vult e
edici
na so
is eni
tattur
mo su
e oppri
tiesi
moni
ret ei
s. Qu

















Monachus
Innotescitissimi karoli in laude dei sua
Uer a constantinopoli apud aquile
libu et coronam domini attulerat
ione iherosolimitani patriarche
se ad imperatorem directa
episcopio iohannis patriarche
episcopio constantinopolitani
legati parisiis ad regem puerentur
Paluitis voce quasi humana fracoꝝ
utis et iter premonstratis
dione sedis iherosolimitane
loquentissima liberalitate constantini
assima teuberatorum consilii bi karoli

mirabilis duorum imperatorum
et penarum xp̄i
spine corone reserata
corona floruerit i odore suavitatis
lucis inestimabilis
tione florū ingratu imperiali
D' imperiali mirabilis i aere sp̄eso
ben xp̄i psallentium
ione trecentor et viii
In pucro sanitati restituto
de reliquiam in ergore bubealmo
patrone cuiusdam pueri et aliorū sa
gmedon
mata dei fuerunt miracula apd ags

inuenientur dux genuit angulum
sus dux genuit pipunum senorem
pnuis senior et dux genuit karoli
ducem karolus senior et dux genuit
stephanus romanus pontifex conse
m regem. Pipinus rex genuit kar
item stephanus i rege unxit. Leo re
fedis antis descederunt et unxit i u
in ecclesia ubi beatissimum corpus p
postolorum petri requiescerat die ne
ui nostri ihesu xpi.

O vere bone madias bona vere. Artorius bone boni fructu. Rei
misericordiam celi distillauerunt.
karolum super solum regni sessum
vere in diebus illis misericordia
iusticia et pars osculate sunt vere uis
psepe. verus enim sol iusticie in oratu
maris musicum solem sue sancte.
Vnde illud egregium mento de ipso
logium. Karolus ecclesias ut lumen suum
et non esse ipso multarunt in eis. Tam
is temporibus sancta dei ecclesia tempe
nuit poellas ut vere decorem suum in
ecclie nullatenus obtineiret. sicut
sce romane ecclie que caput omnium
per expullione stephani papae per oppo
ani per cecationem quicquid leonis cl
multis corundem temor amumenti

7503-5.

